bus paratū est a patre meo. Quod aūt pa-
ratū ē a patre eius: ⁊ ab ip̄o filio paratum
est: quia ip̄e ⁊ pater vnū sūt. Jam enī ostē- Joh.jo
dimus in hac trinitate p̄ multos diuinarū
locutionū modos: etiam de singulis dici q̄
oīm ē: ꝓpter inseparabilē operationē vnius
eiusdēq; substātie: Dicē ⁊ de spiritu sancto
dicit: Cū ego iero: mittā eū ad vos. Nō di- Joh.j6
xit: mittemꝰ: ꝫ ita quasi tantū filius eū mis-
surus esset: ⁊ non pater: cū alio loco dicat:
Hec locutꝰ sum vobis apud vos manēs: Joh.j4
Aduocatꝰ aūt ille spiritꝰ scilicet quē mittet
pater in nomine meo: ille vobis declarabit
omnia. Hic rursus ita dictū est: quasi non
eū missurus esset ⁊ filius: ꝫ tantū pater. Si-
cut ergo ista: ita ⁊ illud qđ ait: ꝫ quibꝰ pa- Math.20
ratū est a patre meo: cū patre se itelligi vo-
luit: parare sedes glorie quibus vellet. Sz
dicit aliq̄s. Ille cū de spiritu sancto loque-
rēt ita se missuꝝ ait vt nō negaret patrē mis-
surum: ⁊ alio loco ita patrē: vt nō negaret
se missurū: hic vero apte ait: nō est meū da- Ibidem
re vobis: atq; ita secutꝰ a patre dixit ista p̄
parata. Sed hoc est qđ p̄stringimus scōm
formā serui dictū: vt ita intelligeremus: nō
est meum dare: ac si diceret: nō ē humane
potestatis hoc dare: vt p illud intelligatur
hoc dare: p qđ deus ⁊ equalis est p̄ri. Nō Ubi.s
est inquit meū dare. id ē: nō humana pote-
state ista do: sed quibꝰ patū ē a patre meo.
Sed iā tu intellige: qz si omnia que habet Joh.j7
pater mea sūt: ⁊ hoc vtiq; meū est: ⁊ cū pa-
tre ista paraui. Nam ⁊ illud quero quō dic-
tū sit: Si q̄s nō audit verba mea: ego non Joh.j2
abiudicabo eū. Fortassis enī ita hic dixit:
Ego nō iudicabo illum: quēadmodū ibi:
Nō est meū dare. Sed qđ hic sequit: Nō Ibidem
enī veni ut iudicē mundum: sed vt
saluum faciam mūdū. Deinde adiungit ⁊

Joh.j2 dicit: Qui me spernit ⁊ non accipit verba
mea: habet q̄ se iudicet. Hic iā itelligerem⁹
Ibidē patrē: nisi adiungeret ⁊ diceret: Verbū qđ
locutus sū: ipm iudicabit illū in nouissimo
die. Quid igit iā nec filius iudicabit: quia
Ubi.5 dixit: Ego ñ iudicabo illū: nec pater: ꝫ ver
bum qđ locut⁹ est fili⁹: imo potius audi ad
Ibidē huc qđ sequitur. Quia ego inq̄t nō ex me
locutus sum: sed ille qui me misit pater: ille
mādatū mihi dedit quid dicā aut quid lo-
Ibidē quar: ⁊ scio q⁊ mandatū ei⁹ vita eterna est.
Que ego loquor ita vt dixit mihi pater sic
loq̄r. Si ergo nō iudicat fili⁹: sed verbū qđ
locut⁹ ē filius. Jō aūt iudicat verbū qđ lo
cut⁹ est filius: q⁊ nō ex se locut⁹ est fili⁹: sed
qui misit eum pater mandatū dedit ei quid
dicat: ⁊ quid loquat: patervtiq̄ iudicat cu
ius verbū est quod locut⁹ est fili⁹: atq̄ ipm
verbū patrī idē est fili⁹ ipe. Nō em̄ aliud ē
mandatū patris: aliud verbū patris. Mā ⁊
verbū ꝫ appellauit ⁊ mandatū. Videam⁹
Ubi.5 ergo ne forte q̄ ait: Ego ñ ex me locut⁹ sū:
hoc intelligi voluerit: ego nō ex me natus
sum. Si em̄ verbū patrī loquitur: seipm lo
quat: quia ipe est verbū patris. plerūq̄ em̄
dicit: dedit mihi pater: in quo vult intelligi
q̄ eū genuerit pater: nō vt tanq̄ iam existē
ti ⁊ nō habenti dederit aliq̄d: sed ipm dedis
se vt haberet: genuisse ē vt esset. Nō em̄ sic
creatura: ita dei fili⁹ ante incarnationem: ⁊
Joh.j ante assumptā creaturā vnigenitus: p quē
facta sunt oīa: aliud ē: ⁊ aliud habet: ꝫ hoc
ipm ē: qđ est id qđ habet. Qđ illo loco ma
Joh.5 nifestius dicit: si q̄s ad capiēdū sit idone⁹:
vbi ait. Sicut habet pater vitā i semetipo:
ita dedit vitā habere filio i semetipo. Nec
em̄ iā existenti ⁊ vitā non habenti dedit vt
haberet vitā in semetipso: cū eoipso qđ est
vita sit. hoc ē ergo dedit filio vitam habere
j. Joh.5 in semetipo: genuit filiū: incōmutabilēvitā
qđ est vita eterna. Cū ergo verbū dei sit fi-
li⁹ dei: ⁊ filius dei sit ver⁹ de⁹: ⁊ vita eterna:
sicut in epistola sua dicit Joānes: etiā hic
Joh.j2 q̄d aliud cognoscim⁹: cū dic dñs: vbuz qđ
locutus suz: ipm iudicabit eū in nouissimo
die: ⁊ ipm verbū patris verbuz esse dicit: ⁊
mandatū patris ipmq̄ mandatū vitā eter
Ibidē nam: Et scio inquit q⁊ mandatū eius vita
eterna est. Quero itaq̄ quō intelligamus:
Ibidē Ego nō iudicabo: sed verbū qđ locut⁹ suz
iudicabit: qđ ex cōsequētib⁹ apparet ita di
ctum: ac si diceret: ego nō iudicabo: ꝫ ver-
bum patris iudicabit. verbum autē patrī
est ipe filius dei. Siccine intelligendū est:
ego nō iudicabo: ꝫ ego iudicabo: quomō
istud pōt esse ver⁊: nisi ita: ego sc⁊ nō iudica
bo ex potestate humana: q⁊ filius hominis
sum: ꝫ ego iudicabo ex potestate verbi: q⁊
fili⁹ dei sū. Aut si cōtraria ⁊ repugnātia vi
dētur: ego nō iudicabo: sed ego iudicabo:
q̄d illinc dicim⁹: vbi ait: Mea doctrina nō Joh.7
est mea: quomō mea: quomō nō mea: Nō
em̄ dixit: ista doctrina nō est mea: sed mea
doctrina nō est mea: quā dixit suā: eandez
dixit nō suā. Quō istud verū est: nisi scōm
aliud suā dixerit: scōm aliud ñ suā. Scōm
formā dei suā: secunduz formā serui nō su-
am. Cū em̄ dicit: nō est mea sed ei⁹ qui me Ibidē
misit: ad ipm verbū nos fecit recurrere. do
ctrina em̄ patrī est verbū patris qui est vni
cus fili⁹. Quid sibi ⁊ illud vult: q̄ in me cre Joh.j2
dit: nō in me credit: ⁊ quō in ipm: quō nō in
ipm: quō tā ꝓtrariū sibiq̄ aduersuz pōt in
telligi: qui in me credit inq̄t nō in me credit Ubi.5
sed in eū qui me misit: nisi ita intelligas: q̄
in me credit: nō in hoc qđ videt credit: ne
sit spes nr̄a in creatura: ꝫ in eo qui suscepit
creaturā i qua humanis oculis appareret:
ac sic ad se equalē patri cōtemplandum p
fidem corda mūdaret. Ideoq̄ ad patrē re
ferēs intentionē credentium ⁊ dicēs: nō in
me credit: sed in eū q̄ me misit: nō vtiq̄ se a
patre: id ē ab illo qui eū misit voluit sepa-
ri: sed vt sic in eū crederet: quō in patrem cui
equalis ē. Qđ apte alio loco dicit: Credit⁊ Joh.j4
in deū ⁊ in me credite: id est sicut credit⁊ in
deū: sic ⁊ in me: q⁊ ego ⁊ pater vnus deus:
Sicuti ergo hic tāq̄ abstulerit a se fidē ho Joh.jo
minū: ⁊ in patrē trāstulerit: dicendo: nō in Joh.j2
me credit: ꝫ in euz qui me misit: a quo tñ se
vtiq̄ nō sepauit. Sic etiā qđ ait: nō est me- Matth.20
um dare sed quib⁹ paratū est a patre meo:
puto clarere scōm quid vtrūq̄ accipiēduz
sit. Tale ē em̄ ⁊ illud: ego nō iudicabo: cū Joh.j2
ipe iudicatur⁹ sit viuos ⁊ mortuos. ꝫ q⁊ nō
ex potestate humana ꝓpterea recurrēs ad
deitatē: sursum erigit corda hoim: ꝓpter q̄
subleuanda descēdit.

De vnitate psone filij dei ⁊ filij homis: siue i gloria siue in humilitate Ca. xiij

Nisi tñ ipe idem esset fili⁹ hominis ꝓ-
pter formaz serui quā accepit q̄ ē fili⁹
dei ꝓpter dei formaz in qua est: nō diceret
aplus Paul⁹ de ꝓncipib⁹ hui⁹ seculi: Si
em̄ cognouissēt: nūq̄ dñm glie crucifixis-
sent. Ex forma em̄ serui crucifixus est: ⁊ tñ
dñs glie crucifix⁹ ē. Talis em̄ erat illa sus-
ceptio q̄ deū hoiem faceret: ⁊ hoiem deū.

quid tñ ꝓpter q̃d: ⁊ quid ſecundū q̃d dica
tur: adiuuãte dño: prudẽs ⁊ diligẽs ⁊ pius
lector intelliget. Nam ecce diximus: quia
ſcõm id qõ deus eſt: glorificat ſuos. ſcõm
hoc vtiq; qõ dñs glorie eſt: ⁊ tñ dñs glorie
crucifixus eſt: q̃ recte dicit ⁊ de⁹ crucifix⁹:
nõ ex virtute diuinitat̃: ſ̃ ex infirmitate car
nis. ſicut dicimus: q̃ ſcõm id qõ de⁹ eſt ui
dicat: hoc eſt ex ptãte diuina: nõ humana.
Et tñ ipe homo iudicaturus eſt: ſicut dñs
Matb.25 glorie crucifixus eſt. ita eñ apte ait: Cũ ve
nerit filius hois in gloria ſua: ⁊ oẽs angeli
ei⁹ cũ eo: tũc cõgregabunt ante eũ oẽs gẽ
tes: ⁊ cetera. que de futuro iudicio vſq; ad
vltimã ſententiã in eo loco ꝓdicant. Et iu
dei q̃ppe q̃ in malicia ſua pſeuerãtes: in illo
Zacha.12 iudicio puniẽdi ſunt. ſicut alibi ſcriptũ eſt:
Videbunt in quẽ pupugerũt. Cũ eñ ⁊ bo
ni ⁊ mali viſuri ſunt iudicẽ viuorũ ⁊ mortu
orũ: proculdubio eũ videre non poterunt
mali: niſi ſcõm formã qua filius hois eſt: ſ̃
tñ in claritate in qua iudicabit: nõ in humi
litate in qua iudicat⁹ eſt. Cetex illã dei for
mam in qua eq̃lis eſt patri ꝓculdubio im
pij nõ videbũt. Nõ eñ ſunt mũdicordes.
Matb.5 Beati eñ mundicordes: q̃m ipi deũ vide
1.Cor.13 bũt. Et ipa viſio ẽ facie ad faciẽ: q̃ ſummũ
premiũ ꝓmittit iuſtis. ⁊ ipa fiet: cũ tradet
regnũ deo ⁊ patri. in quo ſue forme viſionẽ
vult intelligi: ſubiecta deo vniuerſa creatu
ra: ⁊ ipa in qua filius dei filius hois factus
Ibidem eſt. Quia ſcõm hãc ⁊ ipe fili⁹ tũc ſubiectus
illi erit: qui ei ſubiecit omnia: vt ſit de⁹ om
nia in omnibus. Alioquin ſi fili⁹ dei iudex
in forma qua equalis ẽ patri: etiã impijs cũ
Job.14 iudicaturus eſt apparebit: Quid eſt qõ ꝓ
magno dilectori ſuo pollicet dicẽs: Et ego
diligã eũ: ⁊ oſtedã meipm illi. Quapropt
fili⁹ hois iudicatur⁹ ẽ: nec tñ ex hũana ptã
te: ſed ex ea qua filius dei eſt. Et rurſus fili
us dei iudicatur⁹ eſt: nec tñ in ea forma ap
parens: in qua de⁹ eſt equalis patri: ſed in
ea qua fili⁹ hois eſt. Itaq; vtrũq; dici põt:
⁊ fili⁹ hois iudicabit: ⁊ nõ fili⁹ hois iudica
Matb.25 bit. Quia filius hois iudicabit: vt verũ ſit
qõ ait: Cũ venerit fili⁹ hois: tũc ꝓgregabũ
tur ante eũ oẽs gentes. Et nõ fili⁹ hois iu
Joh.8 dicabit: vt vex ſit qõ ait: Ego ñ iudicabo:
Et ego nõ quero gloriã meã: eſt q̃ querat ⁊
iudicet. Nã ſcõm id qõ i iudicio nõ forma
Joh.5 dei. ſed forma filij hois apparebit: nec ipſe
pat̃ iudicabit. Scõm hoc eñ dictũ ẽ: Pa
ter nõ iudicat quẽq̃. ſed omne iudicium
dedit filio. Qõ vtrũ ex illa locutione dictũ
ſit: quã ſupra cõmemorauim⁹: vbi ait: Sic Ibidẽ
dedit filio habere vitã i ſemetipo: vt ſignifi
caret q̃ ſic genuit filiũ: An ex illa ꝺ qua lo
quit apls dicẽs: Propt qõ eũ ſuſcitauit: ⁊ Phi.2
donauit ei nomẽ qõ eſt ſup oẽ nomẽ. Hoc
eñ de filio hois dictũ eſt: ſcõm quẽ dei fili⁹
excitat⁹ eſt a mortuis. Ille quippe in forma
dei equalis ẽ pri: ex q̃ ſe exinaniuit: formã Ibidem
ſerui accipiẽs. in ipa forma ſerui ⁊ agit ⁊ pa
titur ⁊ accipit: q̃ ꝓſequenter ꝓtexit apoſto
l⁹: Humiliauit ſe fact⁹ obediẽs vſq; ad mor Ibidẽ
tẽ: mortẽ aũt crucis: ꝓpt qõ de⁹ illũ exalta
uit: ⁊ donauit ei nomẽ qõ eſt ſup omne no
mẽ: vt in noie ieſu oẽ genu flectat: celeſtiũ
terreſtriũ ⁊ infernoꝝ: ⁊ oĩs lingua cõfiteat:
q̃ dñs ieſus xp̃s in gloria ẽ dei pris: Vtrũ
ergo ſcõm illã: an ſcõm iſtã locutionẽ dic
tũ ſit: Qẽ iudiciũ dedit filio: ſatis hinc ap Joh.5
paret: q̃ ſi ſcõm illud diceret ſcõm qõ dic
tũ eſt: Dedit filio habere vitã i ſemetipſo: Ibidem
nõ vtiq; diceret: pater nõ iudicat quẽquã.
Scõm hoc eñ q̃ equalẽ pater genuit filiũ
iudicat cũ illo. Scõm hoc ergo dictũ eſt q̃
in iudicio nõ in forma dei: ſ̃ forma filij hois
apparebit. Non quia nõ iudicabit qui de
dit omne iudiciũ filio. cũ de illo dicat fili⁹:
Eſt qui querat ⁊ iudicet. ſed ita eſt dictum: Joh.8
Pater ñ iudicat quẽq̃: ſed omne iudiciũ Joh.5
dedit filio: ac ſi diceret. Patrẽ nemo vide
bit in iudicio viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ: ſed omnes
filiũ: q̃ filius hois eſt vt poſſit ⁊ ab impijs
videri. cũ ⁊ illi videbũt in quẽ pupugerũt. Zacha.12
Qõ ne conijcere poti⁹ q̃z apte demõſtrare
videamur: pferem⁹ eiuſdẽ dñi certã mani
feſtãq; ſententiã: qua oſtẽdamus ipam fu
iſſe cãm vt diceret: Pat̃ nõ iudicat quẽq̃: Joh.5
ſed omne iudiciũ dedit filio: q̃ iudex in for
ma filij hois apparebit: que forma nõ ẽ pa
tris ſed filij. Nec ea filij in qua equalis eſt
patri: ſed in q̃ minor eſt patre: vt ſit in iudi
cio conſpicu⁹ ⁊ bonis ⁊ malis. Paulo eñ
poſt dicit: Amẽ dico vobis: quia qui ver Ibidẽ
bum meũ audit ⁊ credit ei qui miſit me: ha
bet vitã eternã: ⁊ in iudiciũ nõ veniet: ſed
trãſit a morte in vitã. Hec vita eterna ẽ illa
viſio que nõ ptinet ad malos. Deinde ſeq̃
tur: Amen amẽ dico vobis: q̃ veniet hora Ibidem
⁊ nunc eſt: cũ mortui audient vocẽ filij dei:
⁊ qui audierint viuent. Et hoc ꝓprium eſt
piorũ: qui ſic audiũt de incarnatione eius:
vt credãt q̃ filius dei eſt. id eſt ſic eũ ꝓpter
ſe factum accipiunt minorẽ patre in forma
ſerui: vt credãt q̃ equalis eſt patri in for
ma dei. Et ideo ſequitur: ⁊ hoc ipm cõmẽ-

Joh.5 dās dicit: Sicut pater habet vitā in semet ipso: ita dedit & filio vitam habere in semet ipso. Deinde venit ad visionē sue claritatis in qua venturꝰ est ad iudiciū: que visio cōmunis erit & impijs & iustis. Sequit enī
Ibidē & dicit: Et potestatē dedit ei iudicium facere: qm̄ filius hoīs est. Puto nihil esse manifestius. Nam qz filius dei est equalis patri: non accepit hanc potestatē iudicij faciēdi: sed habet illā cū patre in occulto. Accepit autē illā: vt boni & mali eū videant iudicātē: qz filius hominis est. Visio quippe filij hominis exhibet & malis. Nā visio forme
Matb.5 dei nō nisi mūdis corde: qz ipi deū videbūt. id est solis pijs exhibebit: quorū dilectioni hocipm̄ pmittit: qz seipm̄ ostēdet illis. Et
Joh.5 ideo vide quid sequat: Nolite mirari hoc inquit. Quid nos ꝓhibet mirari: nisi illud qđ reuera mirat omnis qui nō intelligit: vt ideo diceret patrē dedisse ei potestatē iudicium facere qz filius hominis est: cū magꝭ quasi hoc expectaret vt diceret: qm̄ filius dei est. Ex qz filiū dei scōm id qđ in forma dei equalis ē patri videre iniqui non pñt. Oportet autē vt iudicē viuorū & mortuorum cora quo iudicabunt: & iusti videant & iniqui: Nolite inquit hoc mirari: qm̄ venit
Ubi.ē. hora in qua omnes qui in monumētis sūt audient vocem eius: & ꝓdiēt qui bona gesserunt in resurrectionē vite: qui mala gesserunt in resurrectionē iudicij. Ad hoc ergo oportebat vt ideo acciperet hanc potestatem qz filius hoīs est: vt resurgētes omnes viderent eum in forma in qua videri ab hominibus potest: sed alij ad damnationem: alij ad vitam eternā. Que est aūt vita eterna: nisi illa visio que nō cōceditur impijs:
Joh.j7 vt cognoscāt te inquit vnū verum deum: & quē misisti iesum xp̄m. Quō & ipm̄ iesum xp̄m: nisi quēadmodū vnū verū deū qui ostēdet seipm̄ illis? Nō quomō ostendet se etiā puniendis in forma filij hoīs: scōm illā visionē bonus ē. scōm quā visionē deus
Ps.72 apparet mūdis corde: qm̄ ēt bonꝰ deus israel rectis corde. Quādo aūt iudicē videbūt mali: non eis videbit bonus: qz non ad eū
Apoc.j gaudebunt corde: sed tūc se plangent omnes tribus terre. in numero vtiq; oim maloꝝ & infideliū. Propt̄ hoc etiā illi qui eū dixerat magistrū bonū: querēs ab eo cōsilium ꝓsequēde vite eterne. respōdit: Quid
Matb.j9 me interrogas de bono. nemo bonus nisi vnus deus. cū & homunē alio loco dicat bo-
Matb.j2 num ipe dīs: Bonus homo inquit de bono thesauro cordis sui ꝓfert bona: & malꝰ homo de malo thesauro cordis sui profert mala. Sed qz ille vitam eternā querebat. Qlita autē eterna est in illa cōtemplatione: qua nō ad penā videtur deus: sed ad gaudium sempiternum. & nō intelligebat cum quo loquebat: qui tantūmō filiū hominis
Matb.j9 arbitrabat. Quid me interrogas inquit dē bono. id est istā formā quā vides quid interrogas de bono: & vocas me scōm qđ vides magistrū bonum. hec forma filij hoīs est: hec forma accepta est: hec forma apparebit in iudicio: non tm̄ iustis: ꝫ & impijs. & huius forme visio non erit in bonū eis qui male agūt. Est aūt visio forme mee in qua
Phil.2 cum essem: non rapinam arbitratꝰ sum esse equalis deo: sed vt hanc acciperē meipm̄ exinaniui. Ille ergo vnus deus pater & filius & spiritussanctus: qui nō apparebit nisi ad gaudiū qđ nō auferetur a iustis. Cui
Ps.26 gaudio futuro suspirabat qui dicit: Vnaz petij a dño hanc requirā: vt inhabitē in domo dñi ꝙ omnes dies vite mee: vt cōtempler delectationē dñi. Vnus ergo deus ipse est solus bonus. ad hoc qz nemo eū videt ad luctū & planctū: sed tantū ad salutem & leticiam verā. Scōm illā formā si me intelligis: bonus sum. Si aūt scōm hāc formā: qđ me interrogas de bono: si inter illos es qui videbūt in quē pupugerūt: & ipa visio malū eis erit: qz ꝑnalis erit. Ex ista sententia dixisse dñm: qđ me interrogas de bo-
Matb.j9 no: nemo bonꝰ nisi vnꝰ deꝰ. Quis documētis q̄ cōmemoraui ꝓbabile est: qz illa visio dei qua ꝓtemplabimur incōmutabilē atq; hūanis oculis inuisibilē dei substātiā q̄ solis
j.Cor.j3 sctis pmittit: quā dic apls paulꝰ: facie ad
j.Joh.3 faciē. & de q̄ dic apls ioānes: Similes ei erimꝰ qm̄ videbimꝰ eū sicuti est. et de q̄ dicitur:
Ps.26 Vnā petij a dño hāc requirā: vt ꝓtempler
Joh.j4 delectationē dñi. & đ q̄ dic ipe dīs: Et ego diligā eū & ostendā meipm̄ illi. & ꝓpter quā
Matb.5 solā fide corda mūdam̄: vt simꝰ beati mūdicordes: qm̄ ipi deū videbūt. Et si q̄ alia de ista visione dicta sunt: que copiosissime sparsa ꝙ omnes scripturas inuenit: quisq; ad eam querēdā: oculum amoris intēdit: sola est summū bonū nostrū: cuiꝰ adipiscēdi causa precipimur agere quicquid recte agimus. Visio vero illa filij hoīs q̄ pnuncia-
Matb.25 ata est: cū ꝓgregabunt oēs gentes ante eū & dicent ei: Bñe qm̄ te vidimus esurientē & sitientē & cetera. nec bonū erit ipīs q̄ mittent in ignē eternū. nec sūmū bonū erit iustis.

Adhuc em̄ vocat eos ad regnū: qd̄ eis paratum est ab initio mūdi. Sicut em̄ illis dicet: Ite in ignē eternū. ita istis: venite bene dicti patris mei: possidete paratū vobis regnū. Et sicut ibunt illi in cōbustionem eternam. sic iusti in vitā eternā. Quid est autē vita eterna: nisi vt cognoscāt te inquit vnū verū deū: ⁊ quē misisti Jesum xp̄m. Sz iā in ea claritate de qua dicit patri: quam habui apud te priusq̄ mūdus fieret. Tūc em̄ tradet regnū deo ⁊ patri: vt intret seru⁹ bonus in gaudiū dñi sui: ⁊ abscondat eos q̄s possidet deus in abscōdito vultus sui a cōturbatione hoīm: eoꝝ scz qui tunc ꝯturbabuntur audientes illā sententiā: a quo auditu malo iustus nō timebit: si modo ꝓtegatur in tabernaculo. id est in fide recta catholice ecclesie a ꝯtradictione linguarū. id est a calūnijs hereticoꝝ. Si v̄o est alius intellectus verboꝝ dñi quib⁹ ait: quid me interrogas de bono: nemo bonus nisi vnus deus: dū tñ nō ideo credat maioris bonitatis esse patris q̄ filij substātia: scd̄m quā verbū est. ꝑ qd̄ facta sūt oīa: nihilq̄ abhorret a sana doctrina securi vtamur: nō vno tantū: sed quotquot reperiri potuerint. Tāto em̄ fortius cōuincūt heretici: quāto plures exitus patent ad eoꝝ laqueos euitandos. Sz ea q̄ adhuc ꝯsiderāda sūt: ab alio petam⁹ exordio.

Math. 25 Ibidē Ibidē Joh. j7 j. Cor. j5 Math. 25 Ps. jjj Math. j9 Joh. j

Explicit liber prim⁹ de trinitate.

Incipiunt capitula libri secundi.

j De regulis scd̄m quas scriptura de patre loquit ⁊ filio.

ij De his scripture locis in quib⁹ dubiū est an ꝓpter assumptā creaturā minorē patre iudicēt filium. an v̄o hoc tantū qd̄ licz equalē patri. tñ ⁊ de patre sic doceant.

iij De his que spiritū sctm̄ nō minorez patre indicāt. sed tantū q̄ de patre procedit.

iiij De clarificatione qua ⁊ pater filiuz glorificat ⁊ filius patrem.

v Quō intelligēda sit missio: siue filij: aut spiritus sancti.

vj Quid sit q̄ nunq̄ legit pater maior spiritu sancto: aut spiritus sanctus minor patre.

vij Propositio questionis de multimodis apparitiōib⁹ dei: quaꝝ quedaz missiōes appellant: cum pater missus nō queat dici: sed aut fili⁹: aut spiritus sanctus coopāte tñ in omnib⁹ trinitate.

viij De his q̄ naturā dei visibilē putauerunt.

ix De his qui filiū volunt etiā ante carnis assumptionē fuisse mortalē: vt solus pater imortalitatem habere credatur.

x An indiscrete deus trinitas patrib⁹ apparuerit. An aliqua ex trinitate persona.

xj De trib⁹ viris abrae visis: cū quib⁹ sicut cū dño deo loquit.

xij De duob⁹ angelis q̄ in hūana forma apparuerūt loth: ⁊ in q̄b⁹ domin⁹ singulariter appellat.

xiij De visiōe moysi qua deum vidit in oreb ꝑ ignē in rubo.

xiiij De apparitione dei in exitu israel de egypto.

xv De his q̄ diuinit⁹ gesta sūt corā moyse in monte syna.

xvj Utrum deus per suam substantiam moysi apparuerat: an ꝑ visibilem creaturā.

xvij Qꝛ ex persona dñi Jesu xp̄i dicta ītelligēda sint moysi: ponā te super petram ⁊ auferam manū meā ⁊ posteriora mea videbis.

xviij De visione danielis in qua illi ⁊ patris ⁊ filij ꝑsona apparuit in specie corporali.

Aurelij Augustini de trinitate in secundum librū proemiū.

Cum hoīes deū querūt: ⁊ ad intelligentiā trinitatis pro caput infirmitatis humane aīm intendūt: experti difficultates laboriosas: siue in ipsa acie mentis conātes intueri īaccessibilē lucē: siue ī ip̄a mltiplici et multimoda locutiōe scripturaꝝ vl̄ litteraꝝ sacraꝝ: vbi mihi nō videt nisi atteri aīam: vt xp̄i gratia glorificata dulcescat: cum ad aliquid certuz discussa omni ambiguitate ꝑuenerint: facillime debent ignoscere errātibus in tanti ꝑuestigatiōe secreti. Sz duo sunt que ī errore hoīm difficillime tolerāt. p̄sumptio priusq̄ veritas pateat: ⁊ cū iam patuerit p̄sumpte defensio falsitatis. A quibus duob⁹ vitijs nimis inimicꝫ inuentioni veritatꝫ: ⁊ tractationi diuinoꝝ sanctorūq̄

librorꝫ: si me vt ꝓcor ⁊ spero: deus defende
Ps.5 rit atq; munuerit scuto bonevolūtatꝭ sue: ⁊ gratia misericordie sue: nō ero segnis ad inquirendā substātiā dei: siue ꝑ scripturā ei⁹: siue ꝑ creaturā. Que vtraq; nobis ad hoc ꝓponit intuenda: vt ipe querat: ipe diligatur: qui ⁊ illā inspirauit: ⁊ istā creauit. Nec trepid⁹ ero ad ꝓferendā sniaz meā: in quā magꝭ amabo inspici a rectꝭ: q̄ timebo mox deri a puersis. Gratanter em̄ suscipit oculū columbinū pulcherrima ⁊ modestissima charitas: dentē aūt caninū vel euitat cautissima humilitas: vel retundit solidissima veritas. Magisq; optabo a quolibet rep̄hendi: q̄ siue ab erāte: siue ab adulāte laudari. Nullus em̄ rep̄hensor formidād⁹ est amatori veritatis. Item aut inimic⁹ reprehensurus est: aut amic⁹. Si ergo inimicus insultat: ferēd⁹ est. Amic⁹ aūt si errat docēd⁹: si docet audiēd⁹. Laudator vo ⁊ errās ꝓfirmat errorē: ⁊ adulās illicit in errorem.
Ps.jo4 Emēdabit ergo me iust⁹ in misericordia: ⁊ arguet me: oleū aūt peccatoris non impinguabit caput meū.

De regulis scōm quas scriptura de patre ⁊ filio loquit. Ca.j.

Quāobrē quāq; firmissime teneam⁹ de dño nr̄o Jesu xp̄o: ⁊ ꝑ scripturas diuinas determinatā: ⁊ a doctis catholicis earūdē scripturaꝝ tractatorib⁹ demōstratā tanq; canonicā regulā: quō intelligat dei filꝰ ⁊ equalis patri scōm dei formā: in qua est ⁊ minor patre scōm serui formā quā accepit: in qua forma non solū patre: ꝟ ⁊ spiritu sancto: neq; ꝟ tantū: ꝟ etiā seipo minor inuēt⁹ ē: nō seipo q̄ fuit: ꝟ seipso q̄ ē: qz forma ꝑui accepta: formā dei nō amisit: sīc scptura rū q̄ in supiore libro cōmemorauim⁹ testimonia docuerūt. Aūt tū q̄dā i diuinis eloquīs ita posita vt ambiguū sit ad quā potius regulā referant: vtrū ad eā qua intelligim⁹ minorē filiū in assumpta creatura: an ad eā qua intelligim⁹: non q̄dē minorē esse filiū: sed equalē patri: tamē ab illo hūc esse deū de deo: lumē de lumie: Filiū quippe dicimus deū ō deo: patrē aūt deuz tantū nō de deo. Nō manifestuz est q̄ filius habeat aliū de quo sit ⁊ cui filius sit: pater aūt non filium de quo sit habeat: ꝟ tantū cui paꝰ sit. Omnis em̄ filꝰ de patre est qō est: ⁊ patri filius est. Nullꝰ aūt pater de filio est qō est: sed filio pater est. Quedā itaq; ita ponunt in scripturis de patre ⁊ filio vt indicēt vnitatē eq̄litatēq; ꝟstātie. sicuti est: Ego ⁊ pater vnū sum⁹. et: Cū in forma dei eēt: nō rapinā arbitrat⁹ est esse se equalē deo. ⁊ quecunq; talia sunt. Quedā vo ita vt minorē oñdant filiū ꝓpter formā ꝑui: id est ꝓpt assumptā creaturā mutabilis humanēq; substātie. sicuti est qō ait: Qm̄ paꝰ maior me est. et: Paꝰ nō iudicat quēq;: ꝟ oē iudiciū dedit filio. Paz paulopost ꝓsequenter ait. Et potestatem dedit ei iudiciū facere: qm̄ filꝰ hominis est. Quedaz porro ita vt nec minor nec equalis sit ostendat: sed tantū q̄ de patre sit intimet. vt est illud: Sicut habet pater vitā in semetipo: sic dedit filio vitā habere in semetipo. et illud: Neq; enī potest filꝰ a se facere quicquā: nisi qō viderit patrē facientē. Quod si ꝓpterea dictuz acceperim⁹: qz in forma accepta ex creatura minor est filꝰ: ꝓsequens erit vt prior pater sup aquas ambulauerit: aut alicui⁹ alterius ceci nati de sputo ⁊ luto oculos aperuerit. ⁊ cetera: q̄ filꝰ in carne apparens inter hoies fecit: vt posset ea facere qui dixit: nō posse filiū a se facere q̄cquā: nisi qō viderit patrē faciētē. Quis aūt vel delir⁹ ita sentiat: Restat ḡ vt hec ido dicta sint: qz icōmutabilis est vita filij sicut patris: ⁊ tū de pre est: ⁊ inseparabilis est opatio patrꝭ ⁊ filij. Ez tū ita operari filio de illo ē: ō quo ipe est. id est de patre. Et ita videt filꝰ patrē: vt quo eū videt: hoc ipo sit filꝰ. Nō em̄ aliud illi ē esse de patre. id est nasci de patre: q̄ videre patrē. Aut aliō videre opantē q̄ ꝑiter operari. ꝟ ideo nō a se: qz non est a se. Et ideo qō viderit patrē facientē: hec eadē facit ⁊ filꝰ similꝰ: qz de patre est. Nec em̄ alia similitē sicut pictor alias tabulas pingit: quemadmodū alias ab alio pictas vidit. Nec eadē dissimiliter: sicut corpꝰ easdē lr̄as exprimit: quas animꝰ cogitauit: ꝟ quecūq; inquit pater faē: hec eadez filꝰ facit similiter. Et hec eadē dixit ⁊ similiter: ac ꝑ ꝟ inseparabil⁹ ⁊ par ē opatio patri et filio: ꝟ a pre est filio. Ideo nō pōt filꝰ a se facere q̄q̄: nisi qō viderit patrē facientē. Ex hac ergo regula qua ita loquūt scpture: vt nō aliū alio minorē: ꝟ tantū velint ostēdere quis de quo sit: nō nulli eū sensū ꝓceperūt: tanq; minor filius diceret. Quidā aūt nostri indoctiores: ⁊ in his minime eruditi: dū ꝟ scōm formā serui conant accipe: ⁊ eos rect⁹ intellect⁹ nō seq̄tur: ꝓturbant. Qō ne accidat: tenēda ē ꝟ

Joh.jo Phil.2 Joh.j4 Joh.5 Ibidē Ibidē Ibidē Matth.j4 Joh.9 Joh.5 Ibidē

regula: qua nō minor filius: sed q̄ de patre sit intimat: quib⁹ v̄bis: nō inequalitas: sed natiuitas ei⁹ ostēdit.

De his scripture locis in q̄bus dubiū ē: an p̄opter assumptā creaturā minorē patre indicent filiū: an v̄o hoc tātū q̄ ls equalē patri: tñ q̄ de patre sit doceāt. Ca. ij.

Sunt ḡ q̄dā in sanctis libris: vt dicere ceperā: ita posita vt ambiguū sit q̄ nā referēda sint: vtrū ad illud q̄ ꝓpter assumptā creaturā minor est fili⁹: an ad illud q̄ ēq̄lis: tñ q̄ de p̄re sit indicat. Et nubi q̄dē videt si eo mō ambiguum est: vt explicari discerniq̄ nō possit: ex vtralibet regla sine piculo posse intelligi. si
Joh.7 cut est q̄ dō aut: Mea doctrina nō est mea: sz ei⁹ q̄ me misit. Nā t ex forma serui pōt accipi: sic iā i libro supiore tractauim⁹: t ex forma dei in q̄ sic eēlis est patri: vt tñ de patre sit. In dei ēppe forma: sic nō ē aliō fili⁹: aliō vita ei⁹: ꝫ ipa vita fili⁹ est: Ita nō ē aliō filius: aliō doctrina ei⁹: ꝫ ipa doctrina fili⁹ est: ac p̄ h̄ sic id q̄ dō dictū ē: dedit filio vitā: nō aliud itelligit q̄z genuit filiū q̄ est vita. Sic
Ibi.3. etiā cū dr: dedit filio doctrinaz: bñ itelligit genuit filiū q̄ ē doctrina. vt q̄ dō dictū ē: mea doctrina nō est mea: ꝫ ei⁹ q̄ me misit: sic intelligat: ac si dictū sit: ego non sū a memetipo: ꝫ ab ipo qui me misit.

De his qui spiritū sanctum nō minorē p̄re indicāt: sz tantū q̄ de patre p̄cedit. Ca. iij.

Am t de spiritu sctō: de quo nō est
Phil.2 n dictū: semetipm exinaniuit formā
Joh.16 serui accipiēs. Ait tñ ipe dñs: Cū aūt venerit ille spūs veritatis: docebit vos oēm veritatē. Nō eñ loq̄t a semetipo: sed q̄cūq̄z audiet loq̄t: t q̄ venta sūt ānūciabit
Ibidē vob. Ille me clarificabit: q̄z de meo accipiet: t ānūciabit vob. Post h̄ v̄ba: nisi cōti-
Ibidē nuo secut⁹ dixisset: Oia q̄cūq̄z hz pat mea sūt: ꝓpterea dixi: q̄z de meo accipiet: t ānūciabit vobis: crederet fortasse ita natus de xp̄o spūsctūs: quēadmodū ille dō p̄re. De
Joh.7 se ēppe dixerat: Mea doctrina nō ē mea: ꝫ ei⁹ q̄ me misit. De spū aūt sctō: Non eñ loquet a semetipo: ꝫ q̄cūq̄z audiet loq̄t: q̄z de meo accipiet t ānūciabit vob. Hz q̄z reddidit cām cur dixerit: ō meo accipiet. Ait ei:
Joh.16 Oia q̄cūq̄z hz p̄r mea sūt: ꝓpterea dixi q̄a de meo accipiet: restat vt intelligat etiā spiritusctūs de p̄re h̄re sic t fili⁹. Quō: nisi secūdū id q̄ sup̄ dixim⁹: Cū aūt venerit pa
Joh.15 clit⁹ quē ego mittā vob a p̄re: spiritū v̄itatis q̄ a p̄re ꝓcedit: ille testimoniū phibebit de me. Procedēdo itaq̄z a p̄re dr nō loq̄ a semetipo. t sic nō ex eo fit vt minor sit filius:
Joh.5 q̄z dixit: nō pōt fili⁹ a se facere q̄cq̄z: nisi q̄ dō viderit p̄ez faciētē. Nō eñ h̄ ex forma sui dixit: ꝫ ex forma dei. sic iā oñdim⁹. Nec aut ēt v̄ba nō indicāt q̄ minor sit: ꝫ q̄ de p̄re sit: ita nō hinc efficit vt minor sit spūsctūs: q̄z dictū ē dō illo: Nō eñ loquet a semetipo: ꝫ q̄cūq̄z audiet: loquet. Scōz h̄ eñ dictū ē: q̄ de p̄re ꝓcedit. Cuz v̄o t fili⁹ de p̄re sit: t spiritusctūs a p̄re ꝓcedat: cur nō ambo filij dicant: nec ambo geniti: ꝫ ille vn⁹ filius vnigenit⁹: hic aūt spūsctūs: nec filius: nec genit⁹: q̄z si genit⁹ vtiq̄z fili⁹. alio loco si de⁹ donauerit. t q̄ntū donauerit disserem⁹.

De clarificatiōe qua t p̄r filiū: t filiꝰ p̄rem clarificat. Ca. iiij.

Vrūtamē h̄ euigilēt: si p̄nt: q̄ h̄ etiam sibi suffragari putauerīt: q̄si ad
Joh.17 demōstrādū patrē filio maiorē: q̄z dixit fili⁹: Pat clarifica me. t ecce spūsanct⁹ clarificauit eū. Nūq̄d nā t ipe maior est illo: Porro aūt si ꝓpterea spūsctūs clarificat filiū: q̄z de filij accipiet: ideo t de eius
Joh.16 accipiet: q̄z oia q̄ hz pat ipi⁹ sūt: manifestū est: q̄z cū spiritusctūs glorificat filiū: pater glorificat filiū. Sñ cognoscit q̄ oia que hz pat: nō tantū filij: ꝫ etiā spūscti sūt: q̄z potēs est spūsctūs glorificare filiū: quez glorificat pater. Q̄z si ille q̄ glorificat: eo quez glorificat maior est: sināt vt eēles sint q̄ seinuicē glorificāt. Scriptū est aūt q̄ t filius
Joh.17 glorificet patrē: Ego te inq̄t glorificaui super trā. Sane caueant ne putet spūsctūs maior ambob⁹: q̄z glorificat filiū quē glorificat pat. ipm aūt nec a p̄re nec a filio scriptum est glorificari.

Quō intelligēda sit missio: siue filij: siue spiritusscti. Ca. v.

Ed in his quicti: ad illud se quertunt vt dicāt: maior est q̄ mittit: q̄z qui mittit. Proinde maior est pat filio: q̄z fili⁹ a patre se missuz assidue cōmemorat. Maior ē t spiritusctō: q̄z de illo dixit Jesus: Quē mittet pat in noie meo. Et
Joh.14 spūsctūs vtroq̄z mior est: q̄z t pater eū mittit sic cōmēorauim⁹: Et fili⁹ cū dic: Si aūt abiero mittā eū ad vos. Qua in questione primū q̄ro: vñ t quō missus sit fili⁹. Ego in
Joh.16 quit a patre exiui. t veni in būc mundum.

Ergo a patre exire: & venire in hūc mūdū: hoc est mitti. Quid igit est qđ de illo idem
Joh.j. ipe euāgelista dicit: In hoc mundo erat: & mūdus p eū fact⁹ est: & mūd⁹ eū nō cognouit: Deinde ꝓiungit. In sua ꝓpria venit. Illuc vtiqz missus ē: quo venit. At si i hūc mūdū missus est: qz exīt a patre et venit in hūc mūdū: & i hoc mūdo erat. Illuc g̃ missus est vbi erat. Mā & illud qđ scptū est i ꝓ-
Jere.23 pheta deū dicere. Celū & frā ego impleo. Si de filio dictū est: ipm eīm nōnulli volūt intelligi: vel ꝓphetis: vel in ꝓphetis locutum: q̃ missus est nisi illuc vbi erat. Ubiqz
Ubi.s eīm erat q̃ ait: celū & terram ego impleo. Si aūt ꝺ patre dictū est: vbi eē potuit sine vbo
Sap.8 suo: & sine sapientia sua: que ptendit a fine vsqz ad finē fortiter: & disponit oia suauiter Sed neqz sine spiritusācto vsqz eē potuit. Itaqz si vbiqz est dei⁹: vbiqz est etiā spūs eius. Illuc g̃ & spūssanct⁹ missus est vbi erat. Mā & ille q̃ nō inuenit locū: quo eat a facie
Ps.138 dei & dicit: Si ascēdero in celū tu ibi es: si descēdero in infernū ades: vbiqz volēs intelligi p̃sentē deū: ꝓius noīaut spiritū eius.
Ibidē Mā sic ait: Quo abibo a spiritu tuo: & quo a facie tua fugiā: Quocirca si & filius & spiritussanct⁹ illuc mittit vbi erat: querendū est quō intelligat ista missio: siue filij: siue spiritussancti. Pater eīm solus: nusqz legit missus: Et de filio quidē ita scribit apls: Cum
Gal.4 aūt venit plenitudo tpis: misit de⁹ filiū suum: factū ex muliere: factū sub lege: vt eos qui sub lege erāt redimeret. Misit inquit filiū suū factū ex muliere. Quo noīe quis catholicus nesciat: nō eū priuationē virginitatis: sed differentiā sexus hebreo loquēdi
Ubi.c. more significare voluisse: Cū itaqz ait: Misit de⁹ filiū suū factū ex muliere: satis ondit eoipso missum filiū quo fact⁹ est ex muliere. Qz ergo de deo nat⁹ est: in hoc mundo erat. Qz aūt ꝺ maria nat⁹ est: in hūc mūdū missus aduenit. Proinde mitti a patre sine spiritusancto nō potuit: nō solū qz intelligit pr̃ cū eū misit. id est fec ex femina: non vtiqz sine spiritusancto fecisse. Verūetiam
q̃ manifestissime atqz aptissime in euangelio dicit virgini marie querenti ab angelo:
Luc.j quō fiet istud: spūssanct⁹ supueniet in te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et ma-
Matb.j theus dicit: Inuēta est in vtero habēs de spiritusancto. Itaqz & apud Esaiā ꝓphetam ipe xp̃s intelligit de aduentu suo futu-
Esaie.48 ro dicere: Et nūc domin⁹ misit me & spirit⁹ eius: fortasse aliqs cogit: vt dicam⁹ etiaz a seipo missum esse filiū: qz ille marie conceptus & ptus opatio trinitatis est: qua creante oia creant. Et quō iā inqt: pater eū misit si ipe se misit: Cui primū rndeo q̃rēs: vt dicat si pōt. Quō pr̃ eū sanctificauit si se ipse
Joh.10 sanctificauit: vtrūqz eīm idē dns ait: Que pater inqt sanctificauit & misit in hūc mundū: vos dicit qz blasphemat qm̃ dixi filius
Joh.17 dei suz. Alio aūt loco ait: Et p eis sanctifico meipm. Itē q̃ro quō euz pat tradidit: si ipe se tradidit. vtrūqz eīm dicit aplus paulus: Qui filio inqt ꝓprio nō pepcit: ꝟ p nobis oīb⁹ tradidit illū. Alibi aūt de ipo sal-
Roma.8 uatore ait: Qui me dilexit: & tradidit seipz
Gal.2 p me. Credo rndebit: si hec prorsus sapit: qz vna volūtas est patris & filij: & insepabilis opatio. Sic g̃ intelligat illā incarnatiōez: & ex virgine natiuitatē: in q̃ fili⁹ intelligit missus: vna eadēqz opatiōe patris & filij insepabiliter eē factā. nō vtiqz inde sepato spūsancto: de q̃ apte dicit: Inuēta est in vtero habens de spiritusctō. Mā etiā si ita queram⁹ enodati⁹ fortassis qđ dicim⁹ apparebit: quō misit de⁹ filiū suū. Jussit vt veniret: atqz ille iubēti obtēpās vēit: an rogauit: an tātūmō admonuit: Ex qōlubz hoz sit: vbo vtiqz factū ē. Dei āt vbū: ipe ē dei fili⁹. Quapropter cū eū pr̃ vbo misit: a pr̃e & vbo ei⁹ factū ē vt mitteret. Ergo a pr̃e & filio miss⁹ est idē fili⁹: qz vbū pr̃is ē ipe fili⁹. Quis eīm se tā sacrilega induat opiniōe: vt putet tēporale vbū a pr̃e factū eē: vt etern⁹ fili⁹ mitteret: & i carne appareret ex tpe. Ex vtiqz i
Joh.j ipo dei vbo qđ erat in ꝓncipio apd deū: et de⁹ erat in ipa. s. sapiētia dei: sine tpe erat: quo tpe illum in carne apparere oporteret.
Ibidē Itaqz cū sine vllo initio tpis i ꝓncipio esset vbū: & vbū eēt apd deū: & de⁹ eēt vbū: sine
Ibidē vllo tpe in ipo vbo erat: q̃ tpe vbū caro fieret & habitaret in nob.
Gal.4 Que plenitudo temporis cū venisset: misit deus filium suū: factum ex muliere. id est factum est in tēpore vt incarnatum vbum hominib⁹ appareret: qđ in ipso vbo sine tēpore erat: in quo tempore fieret. Ordo quippe tēporum in eterna dei sapiētia sine tēpore est. Cuz itaqz ꝟ a patre & filio factū esset: vt in carne fili⁹ appareret: ꝓgruenter dict⁹ est missus ille q̃ in ea carne apparuit: misisse aūt ille q̃ in ea nō apparuit: Qm̃ illa q̃ corā corpeis oculis foris gerūt: ab inferiore apptu nature spiritalis existūt: ppterea ꝓcuiēter missa dicūt. Forma porro illa suscepti hois: filij psona est: nō etiaz pr̃is. Quapropt pat̃ inuisibilis

vnacum filio secũ inuisibili: eundẽ filiũ visibilẽ faciẽdo: misisse eũ dictus est: qui si eo modo visibilis fieret: vt cũ patre inuisibilis esse desisteret. id ẽ si substãtia inuisibilis verbi in creaturã visibilẽ mutata ⁊ trãsiens verteret: ita missus a patre intelligeret filius: vt tãtũ missus nõ etiã cũ patre mittẽs inueniret. Cum vero sic accepta est forma serui vt maneret incõmutabilis forma dei: manifestũ est: q̃ a p̃re et filio nõ apparẽtib⁹ factũ sit q̃ appareret in filio. id est vt ab inuisibili p̃re cũ inuisibili filio: idẽ ipe filius visibilis
Joh.8 mitteret. Cur ḡ ait: Et a meipso non veni: Jã hoc ꝑm formã serui dictũ ẽ: ꝑm quã dic-
Ibidem. tũ ẽ: Ego nõ iudico quẽq̃. Si ergo missus dr̃ inquantũ apparuit foris in creatura corꝑali: qui intus in natura spiritali oculis mortaliũ semp occultus est: iam in promptu est intelligere etiã de spiritu sancto cur missus ⁊ ipe dicat. Facta est enĩ quedã creature species ex tpe in qua visibiliter ostenderet spiritus sanctus: siue cũ in ipm dñm corꝑali specie velut colũba descẽdit: siue cũ decem diebus peractis post eius ascen-
Act.2 sionẽ: die pentecostes factus est subito de celo sonus: quasi ferret flatus vehemẽs: et vise sunt illis lingue diuise tanq̃ ignis: qui et insedit sup vnũquẽq̃ eorũ. Hec operatio visibiliter expressa: ⁊ oculis oblata mortalib⁹: missio spiritus sancti dicta est: nõ ita vt appareret eius ipa substãtia: qua ipe inuisibilis ⁊ incõmutabilis est: sicut pater ⁊ filius: sed vt exteriorib⁹ visis hominũ corda cõmota a temporali manifestatione venientis: ad occultam eternitatẽ semp p̃sentis cõuerterẽtur

Quid sit qd̃ nunq̃ legit: aut pater maior spũ sctõ: aut spũs sctus minor patre. Capitulũ. vj.

Deo autẽ nusq̃ scriptũ est q̃ deus pater maior sit spiritu sctõ: vel spiritus sanctus minor deo patre: qr non sic est assumpta creatura: in qua appareret spũs sctũs: sicut assumpt⁹ est filius hominis: in qua forma ipsius verbi dei persona p̃sentaret: non vt haberet verbũ dei: sicut alĩ sapiẽtes sancti: sed p̃re participib⁹ suis. Non vtiq̃ q̃ amplius habebat verbũ dei vt esset q̃ ceteri excellẽtiore sapiẽtia: sz q̃ ipum verbũ erat. Aliud est enĩ verbũ in carne: aliud verbũ caro. Itẽ aliud est ver-
Joh.j bum in hoie: aliud verbũ homo. Caro enĩ
Luc.3 p̃ hoie posita est in eo q̃ ait: Verbũ caro factũ ẽ: sicut illud: Et videbit oĩs caro salutare dei. Non enĩ sine anima vel sine mẽte: sed ita oĩs caro: ac si diceret: oĩs homo. Non ergo sic est assumpta creatura: in qua appareret spũs sctũs: sic̃ assumpta est caro illa et hũana illa forma ex virgine maria. Necq̃ enĩ columbam beatificauit spũs: vel illũ flatũ: vel illũ ignẽ: sibiq̃ ⁊ persone sue in vnitatẽ habitũq̃ cõiunxit in eternũ. Haud vero mutabilis ⁊ conuertibilis est natura spũs sancti: vt nõ hec ex creatura fierent: ꝟ ipe in illud atq̃ illud mutabiliter verteret: sicut aqua in glaciẽ. Sed apparuerũt ista sicut oportune apparere debuerũt: creatura seruiẽte creatori: ⁊ ad nutũ eius incõmutabiliter in seipso ꝑmanẽtis: ad eũ significandũ ⁊ demõstrandũ: sicut significari et demõstrari mortalibus oportebat mutata atq̃ conuersa. Proinde quãq̃ illa colũba spũs dicta sit: et de illo igne cũ diceret: Ui-
Act.2 sũt illis inquit lingue diuise velut ignis: qui ⁊ insedit sup vnũquẽq̃ eor̃: et ceperũt loqui linguis: quẽadmodũ spũs sctũs dabat eis pronũciare: vt ostenderet per illum ignẽ spũm demõstratũ: sicut per columbã. Nõ tñ ita possum⁹ dicere spm̃ sctm̃: et deũ: et columbã: aut ⁊ deũ ⁊ ignem: sic̃ dicim⁹ filium: ⁊ deũ: ⁊ hominẽ: nec sicut dicim⁹ filiũ agnũ dei: nõ solũ Joãne baptista dicente:
Joh.j Ecce agnus dei: sed etiã Joãne euãgelista
Apoc.5 videte agnum occisum in apocalypsi. Illa quippe visio ꝓphetica nõ est exhibita oculis corꝑeis per formas corꝑeas: sed in spũ: q̃ spiritales imagines corꝑm. Columbam vero illã et ignẽ oculis viderũt: quicunq̃ viderũt: quãq̃ de igne disceptari potest: vtrũ oculis: an spũ visus sit: ꝓpter verba sic posita. Non enĩ ait: viderũt linguas
Act.2 diuisas velut ignẽ: ꝟ vise sunt eis. Non aũt sub eadẽ significatiõe solem⁹ dicere: visum est mihi: qua dicim⁹ vidi. Et in illis quidẽ spiritalib⁹ visis imaginũ corꝑaliũ solet dici: ⁊ visuꝫ ẽ mihi: ⁊ vidi. In istis vo q̃ q̃ expressam corꝑalẽ speciẽ oculis demõstrant: nõ solet dici: visum est mihi: ꝟ vidi. De illo ergo igne põt eẽ questio: quomõ visus sit: vtrũ intus in spũ tanq̃ foris: an vere foris coram oculis carnis. De illa vero columba: que dicta est corꝑali specie descẽdisse: nllus vsq̃ dubitauit: q̃ oculis visa sit. Nec
j.Cor.jo sicut dicim⁹ filiũ petrã: scriptũ ẽ enĩ: Petra erat xp̃s: ita possum⁹ dicere: spm̃ columbã vel ignẽ. Illa enĩ petra iam erat in creatura: et q̃ actionis modũ nũcupata est nomie
Gene.28 xp̃i: quẽ significabat: sicut lapis ille: quem

Jacob positū ad caput etiã vnctiõe ad si-
Gene.22 gnificãdū dñm assūpsit. Sicut Jsaac xps
erat: cum ad se imolandū ligna portabat.
Accessit istis actio quedaz significatiua iã:
exñtib⁹: ñ aũt sic illa colũba ⁊ ignis ad hec
Exo.3 tãtũmõ significãda repẽte extiterũt: Ma-
gis ista similia mihi videnť flamme illi q̃ in
Jbidẽ.j3 rubo apparuit Moysi: et illi columne quã
Jbidẽ.j9 pl⁹s in heremo sequebať: et fulgoribus et
tonitruis que fiebãt cũ lex daret in monte.
Ad hoc enĩ corporalis rerũ illaz extitit spe-
cies: vt aliq̃d significaret atq̃ ꝓferret.

¶ Propositio q̃stiõis ꝺ multimo
dis apparitiõib⁹ dei: quarũ q̃dã
missiões appellãť: cũ pr̃ miss⁹ ñ q̃
at dici: sz aut fili⁹: aut spũsãct⁹ co
opante tñ ĩ oĩb⁹ trinitate. Ca. vij.

Propter has ergo corporales for-
mas: que ad eũ significãdũ: ⁊ sicut
humanis sensib⁹ oportebat demõ
strãdũ tpaliter extiterũt. Missus dicit etiã
spũsctũs: nõ tñ minor patre dictus est: sic
filius ꝓpter formã serui: qz illa forma serui
inhesit ad vnitatez psone: ille vero corpo-
rales species ad demõstrandũ q̃ opus fuit
ad tpus apparuerũt: et esse postea desitue-
runt. Cur ergo nõ ⁊ pater dicit missus p il-
las species corpales: ignem rubi: ⁊ colum-
nã nubis: vel ignis ⁊ fulgura in monte: ⁊ si
qua talia tũc apparuerũt: cũ eũ corã patri-
bus locutũ: teste scriptura didicim⁹: si p il-
los creature modos ⁊ formas corpaliter ex
pressas: et humanis aspectibus psentatas
ipse demõstrabať. Si aũt filius p ea demõ
strabať: cur tãto post dicit missus: cũ ex fe-
Gal.4 mina factus ẽ: sicut aplus dicit. Cum autẽ
venit plenitudo tpis: misit deus filiũ suũ fa-
ctum ex muliere. q̃ quidẽ ⁊ antea mitteba
tur: cum per illas creature mutabiles for-
mas patrib⁹ apparebat. Aut si nõ recte pos
Joh.j set dici missus: nisi cũ verbũ caro factũ est:
cur missus dicit spũsctũs: cuius nulla ta-
lis incorporatio facta est: Si vero p illa vi-
sibilia q̃ in lege ⁊ ꝓphetis cõmendanť: nec
pater: nec filius: sed spũsctũs ostẽdebať:
cur etiã ipe nũc dicit missus: cũ illis modis
et antea mitteret: In hui⁹ perplexitate que
stionis adiuuãte dño: primũ querendũ est:
vtrum pater: an filius: an spũsctũs: an ali-
quãdo pater: aliq̃ filius: aliq̃ spũsctũs:
an sine vlla distinctiõe personarũ: sicut di-
cit deus vnus ⁊ solus. id est ipsa trinitas p
illas creature formas patribus apparuerit.
Deinde quodlibet horũ inuentũ visumve
fuerit: vtrũ ad hoc opus tantũmõ creatura
formata sit: in qua deus sicut tũc oportuisse
ipe iudicauit: humanis oĩderet aspectib⁹.
An ãgeli q̃ iã antea erãt ita mittebãť: vt ex
psona dei loq̃renť: assumẽtes corpalẽ speciẽ
de creatura corpea: in vsum ministerij sui: si
cut cuiq̃ opus esset. Aut ipm corpus suuz
cui nõ subdunť: sz subditũ regũt: in species
quas vellẽt accõmodatas atq̃ aptas actio
nib⁹ suis mutãtes: atq̃ vertẽtes ꝑm attribu
tam sibi a creatore potẽtiã. Postremo vi-
debim⁹ id qõ querere institueram⁹: vtrũ fi-
li⁹: an spũsctũs: ⁊ antea mittebãť. Et si mit
tebãť: qd inter illã missionẽ: ⁊ eã quã in euã
gelio legim⁹ distet: an nõ sit missus aliq̃s eo
rum: nisi cũ vel filius factus esz ex Maria
virgine: vel cũ spũsctũs visibili specie: siue
in colũba: siue in igneis linguis apparuerit.

¶ De his q̃ naturã verbi dei visi-
bilẽ putauerũt. ¶ Capitulũ. vij.

Mittam⁹ igiť eos qui nimis carna-
liter naturã verbi dei atq̃ sapiẽtiã
q̃ in seipa manẽs innouat oĩa: quã
vnicũ dei filiũ dicim⁹: nõ solũ mutabilẽ: ve
rũetiã visibilẽ esse putauerũt. Adi enĩ multũ
crassum cor diuinis reb⁹ inquirẽdis audaci-
us q̃z religiosius attulerunt. Anima q̃ppe
cũ sit substãtia spiritalis: cunq̃ etiã ipsa fa
cta sit: nec p aliũ potuerit fieri: nisi p quẽ fa
cta sunt oĩa: ⁊ sine quo factũ est nihil: q̃uis
sit mutabilis: nõ est tñ visibilis: qõ illi ꝺ ver
bo ipso atq̃ ipa sapiẽtia dei: p quẽ facta est
aĩa: crediderũt: cũ sit illa nõ inuisibilis tãtũ
q̃ ⁊ aĩa est: sz etiã incõmutabilis q̃ aĩa non
est. Eadẽ q̃ppe incõmutabilitas ei⁹ cõme-
morata est: vt diceret in seipa manẽs: inno
uat oĩa. Et isti q̃dẽ ruinã erroris sui diuina
rũ scripturaz testimoniis q̃si fulcire conã-
tes: adhibẽt Pauli aplĩ sentẽtiã: ⁊ qõ dictũ
est de vno solo deo: in quo ipa trinitas in-
telligiť tãtũ de pre: nõ ⁊ de filio: ⁊ ꝺ spũsctõ
dictũ accipiũt. Regi aũt scloz ĩmortali: in 1.Thi.j
uisibili: soli deo honor ⁊ gloria in scla sclorz.
Et illud alterũ: Btũs ⁊ solus potẽs rex re- Jbidẽ.6
gũ: ⁊ dñs dñantiũ: q̃ solus habz ĩmortalita
tem: ⁊ lucẽ habitat inaccessibilẽ: quẽ nemo
hoĩm vidit: nec videre potest. Hec quẽad
modũ intelligenda sint: iam satis nos dis-
seruisse arbitror.

¶ De his qui filiũ volũt etiã ante
carnis assũptionez fuisse mortalẽ:
vt solus pater ĩmortalitatẽ habe-
re credatur. ¶ Capitulum. ix.

Cerū illi qui ista nō de filio nec de spiritu sctō: ꝫ tātū de pre accipi volūt: dicūt visibilē filiū nō p carnez de vgine assumptā: ꝫ etiā ātea p seipm. Nā ipe inquiūt apparuit oculis patrū. Quib⁹ si dixerī. Quō g̃ visibil p seipm fili⁹: sic sequit ꝛ mortalis p seipm fili⁹: vt ostet vobis q tantūmodo ꝺ patre vultis itelligi: qꝺ dictū est: Qui solus habz imortalitatē. Nā si ꝓpt carnē susceptā mortal est fili⁹: ꝓpt hāc sinute vt sit ꝛ visibil. Nūdēt: nec ꝓpt hanc mortalē se filiū dicere: ꝫ sic ꝛ añ visibilē: ita ꝛ añ mortalē. Nā si ꝓpter carnē filiū dicūt esse mortalē: iā nō pater sine filio solus habet imortalitatē: qz ꝛ vbū eius: p qꝺ facta sūt oia: habz imortalitatē. Necꝫ eī qz carnē assūpsit mortalē: ideo amisit imortalitatē suā. Nō q̃dē nec aie hūane ꝫ accidere potuit vt cū corpe moreret. dicēte ipo dño: Nolite timere eos q̃ corpus occidūt: aiam aūt nō pnt occidere. Aut vo etiā spūsctūs carnē assumpsit. de q̃ vtiqꝫ sine dubio turbabūt. Si ꝓpter carnē mortalis ē fili⁹: quō accipiāt prem tīnmō sine filio ꝛ sine spūsācto habere imortalitatē: qñ quidē spūssanct⁹ nō assūpsit carnē: Qui si nō habet imortalitatē: nō ergo ꝓpter carnē mortalis ē filius. Si aūt habet spūssanct⁹ imortalitatez: nō de pre tātūmō dictū est: Qui solus habet imortalitatē. Quocirca ita se arbitrantur: ꝛ āte incarnationē p seipm mortalē filium posse cōuicere: qz ipa mutabilitas ñ incōueniēter mortalitas dicit. scōm quaz et aīa dicit mori. nō qz in corp⁹: vel in aliquā alterā substātiā mutat ꝛ vertit: ꝫ in ipa sua substātia quicqꝺ alio mō nūc ē aut fuit: secūdū id qꝺ destitut esse qꝺ erat: mortale dephēdit. Quia itaqꝫ iquiūt anteqꝫ nat⁹ esset fili⁹ dei de vgine maria: ipe apparuit pri⁹ nostris: nō in vna eadēqꝫ specie: sed multiformit: aliter atqꝫ alit. Et visibil ē p seipm: qz nōduz carne assūpta: substātia ei⁹ ꝓspicua mortalib⁹ oculis fuit: ꝛ mortalis inquantū mutabil. Ita ꝛ spūsctūs: qui alias colūba: alias ignis apparuit. Unde nō trinitati aūt: sed singlariē et ꝓprie pri tātūmō ꝓuenit qꝺ dictuz est: Immortali inuisibili soli deo: ꝛ q̃ sol⁹ habet imortalitatē: et lucē habitat inaccessibilē: quē nemo hoim vidit: nec videre pōt. Omissis ergo istis: q̃ nec aie substātiā inuisibilē nosse potuerūt. vnde lōge remotū ab eis vt nossent vn⁹ ꝛ sol⁹ dei. id est patrī ꝛ filij ꝛ spūssancti: nō solū inuisibilē: vez ꝛ incōmutabilē pmanere substātiā: ac p ꝫ i vera ꝛ sincera imortalitate ꝓsistere: nos q̃ nūquā appuisse corpeis oculis deū: nec patrez nec filiū nec spiritūsctū dicum⁹: nisi p sbiectam sue potestati corpeā creaturā: i pace catholica pacifico studio reqram⁹: parati corrigi: si fraīne ac recte rephēdunur: parati etiaz si ab ūmico: vera tñ dicēte: mordemur: vtrū indiscrete de⁹ apparuerit patrib⁹ nris anteqꝫ xps veniret in carne: an aliqua ex trinitate psona: an singulari q̃si p vices.

An indiscrete deus trinitas patrib⁹ apparuerit: an aliqua ex trinitate psona. Ca. x.

Ꝓmū in eo qꝺ scriptū est in genesi: locutū deū cū hoie quē dē ūmo fin erat: si excepta figurata significatiōe vt rei geste fides etiā ad lram teneatur: tractam⁹. in specie hois videt de⁹ cum hoie tūc locut⁹. Nō q̃dē exposse hoc in libro positū est: ꝫ circūstātia locutōis id resonat: maxie illo qꝺ scripturz est: vocez dñi audisse adam deābulātis in padiso ad vesperā: et abscōdisse se i medio ligni: qꝺ erat in padiso: Decꝫ dicētī: adam vbi es: respōdisse. Gen.3 audiui vocē tuaz ꝛ abscōdi me a facie tua: qñ nudus sum. Quō enī possit ad lram intelligi tal⁹ dei ābulatō ꝛ collocutō: nisi i specie humana: non video. Necꝫ enī dici pōt vocē solā factā vbi deābulasse dict⁹ ē de⁹. aut eū qui deābulabat in loco nō fuisse visibilē: cū et adam dicat q⁹ absconderit se a facie dei. Quis g̃ erat ille: vtz pr: an fili⁹: an spūssctūs: An oino de⁹ idiscrete ipa trinitas: i forma hois hōi loqbat. Cōtextio q̃dez ipa scripture nusqꝫ trāsire sētit a psona ad psonā: sed ille videt loq ad pmū hoiem q̃ dixit: Fiat lux. ꝛ fiat firmamētū: ꝛ cetera. Gen.j ꝓ illos singlos dies: quez deū patrē solem⁹ accipere dicētē: vt fiat quicqꝺ facere voluit. Dia enī ꝓ verbū suū fecit: qꝺ vbum ei⁹ vnicū filiū eius scōm rectā fidei regulā nouim⁹. Si ergo de⁹ pater locut⁹ est ad pmuz hominē: et ipe deambulabat in padiso ad vesperā: ꝛ ab ei⁹ facie se in medio ligni padisi pctōz absconderat: cur nō iam ipe itelligat apparuisse abrae et moysi: ꝛ q̃busvoluit: ꝛ quēadmodū voluit ꝓ sbiectā sibi cōmutabilē atqꝫ visibilē creaturā: cū ipe in seipo atqꝫ i substātia sua q̃ ē incōmutabil atz inuisibil maneat: Dz fieri potuit vt a psona ad psonā occlte scptura trāsiret. et cū prez dixisse narrasset: Fiat lux ꝛc. q̃ ꝓ vbū fecisse cōmōorat: iaz filiū idicaret loq ad pmuz hoiem: nō apte hoc explicās. ꝫ eis q̃ posset Ubi.5.

j.Thi.6 Ibidē Job.j Bath. jo j.Thi.6

intelligendū intimans. Qui ergo habet vi
res: quib⁹ hoc secretū possit mētis acie pe-
netrare: vt ei liquido appareat: vl posse eti
am patrē: vel nō posse nisi filiū: vel etiā spi
ritū sctm: p creaturā visibilē humanis ocu-
lis apparere: pgat i hec scrutāda: si pōt: etiā
vbis enunciāda atq tractanda. Res tñ
ntuz ad hoc scripture testimoniū attinet:
vbi deus cū hoie locutus est: ntuz estimo
occulta est. Quia etiā: vtq soleret adā cor
poreis oculis deū videre: nō euidenter ap
paret: cū pīertim magna sit questio: cuius-
modi oculi eis apti fuerint: qñ vetitū cibuz
gustauerūt. Vbi eñ anteq gustassēt: clausi
erant. Illud tñ nō temere dixerim: si padi
sum corpalē quēdam locū: illa scriptura in
sinuat: deambulare ibi deū: nisi in aliq cor
porea forma: nllo mō potuisse. Nā t solas
voces factas ḡs audiret homo: nec aliquā
formā videret: dici pōt. nec qz scriptuz est:
Gen.3 Abscondit se adā a facie dñi. ptinuo seqt:
vt soleret faciē eius videre. Quid si eñ: nō
quidē videre ipe poterat: ꝟ videri ipe metu
ebat: ab eo cui⁹ vocē audierat: et deambu
lāt pīentiā senserat: Nā t cayn dixit deo:
Gen.4 A facie tua abscōdā me: nec ideo fateri co
gimur: eū solere cernere faciē dei corporeis
oculis: in qlibet forma visibili: qcuis de fa
cinore suo: vocē interrogātis secuq loqn-
tis audisset. Cuiusmodi aūt loqla tūc de⁹
exteriorib⁹ hoim auribus insonaret: maxie
ad pmū hoiem loqns: t iuenire difficile ē:
t nō hoc isto sermōe suscepim⁹. Verunta-
mē si sole voces t sonit⁹ fiebant: quib⁹ que-
dam sensibil pīentia dei: primis illis hoib⁹
pberet: cur ibi psonā dei patris non intelli-
Matth.17 gaz: nescio. qñ quidē ei⁹ psona ostēdit. t in
nienter mãdatus terre arborẽ facit. Huius autẽ surculi subtilius semẽ aliqũ eiusdẽ generis granũ est: et hucusq; nobis visibile. Jam vo huius etiã grani semẽ: q̃uis oculis videre nequeam⁹: rõne tñ conijcere possum⁹: qz nisi talis aliqua vis esset in istis elemẽtis: nõ plerũq; nascerent ex terra q̃ ibi seminata nõ essent. Nec animalia tam mixta: nulla mariũ: feminarũq; cõmixtiõe precedẽte: siue in terra: siue in aqua. que tñ crescunt: et coeundo alia parũt: cũ illa nullis coeuntib⁹ parẽtib⁹ orta sint. Et certe apes semina filioz nõ coeundo cõcipiũt: sz tãq; sparsa p terras ore colligũt. Jnuisibiliũ enĩ seminũ creator: ipe creator est oim rez: qñ quecũq; nascẽdo ad oculos nros exeunt: ex occultis seminib⁹ accipiũt progrediẽdi primordia. et incremẽta debite magnitudinis distinctiõesq; formarũ: ab originalib⁹ tãq; regulis sumũt. Dicẽ g̃ nec parẽtes dicimus creatores boim: nec agricolas creatores frugũ: q̃uis eoz extrinsecus adhibitis motib⁹ ista creanda dei virtus interius operetur. Jta nõ solũ malos ꝫ nec bonos angelos fas est putari creatores. si pro subtilitate sui sensus z corpis: semina rerũ istaz nobis occultioza nouerũt: z ea per congruas temperatiões elemẽtorũ latẽter spargunt: atq; ita gignendaz rerũ: z accelerãdoz incremẽtoz prebẽt occasiones. Sed nec boni hec nisi quantũ deus iubet: nec mali hec iniuste faciũt: nisi quantũ iuste ipe pmittit. Nam iniqui malicia voluntatẽ habet iniustam: ptãtẽ aũt nõ nisi iuste accipit: siue ad penã suã: siue ad aliorũ: vel penã malorũ: vel laudẽ bonoz. Jtaq; aplus paulus discernẽs interius deũ creantẽ atq; formantem: ab operib⁹ creature que admonent extrinsecus: et de agricultura similitudinẽ assumens ait. Ego plantaui: apollo rigauit: sed deus incrementũ dedit. Sicut ergo in ipsa vita nra mentẽ iustificãdo formare nõ potest nisi deus: predicare aũt euãgeliũ extrinsecus z homes possunt: nõ solũ boni per veritatẽ: sed etiaz mali per occasionẽ. Jta creationẽ rez visibiliũ deus interius opat. Exteriores aũt opationes siue bonoz siue maloz: vel angeloz vel hoim: siue etiã quorumcunq; animaliũ ꝫm imperiũ suũ: et a se impartitas distributiões ptãtũ et appetitiones cõmoditatũ ita rerũ nature adhibet in qua creat oĩa quẽadmodũ terre agricultura. Quapropter: ita nõ possum dicere angelos malos magicis artibus euocatos: creatores fuisse ranaz atq; serpẽtiũ. sic nõ possum dicere boues malos creatores eẽ segetis: quã p eoz operã video exortã. Sic nec iacob creator colorum in pecorib⁹ fuit: qz bibentib⁹ in conceptu matrib⁹ variatas virgas quas intuerẽt apposuit. Sz nec ipe pecudes creatrices fuerũt varietatis prolis sue: quia inheserat anime illaz discolor phantasia ex cõtuitu variarũ virgarũ per oculos impressa: que nõ potuit nisi corpus qđ sic affecto spũ animabat ex cõpassione cõmixtionis afficere vñ teneris fetuũ primordijs colozeten⁹ aspergeret. Vlt enĩ sic ex semetipis afficiant: vel anima ex corpe: vel corpus ex anima: cõgruẽtie rõnis id faciũt que incõmutabiliter viuũt in ipsa summa dei sapiẽtia: quã nulla spacia locorũ capiunt. et cũ ipsa sit incõmutabilis: nihil eorum que cõmutabiliter sunt deserit: qz nihil eoz nisi p ipsam creatũ est. Vlt enĩ de pecorib⁹ nõ virge sed pecora nascerẽt: fecit hoc incõmutabilis et inuisibilis ratio sapientie dei: p quã creata sunt oĩa. Vlt aũt de varietate virgarũ pecorũ cõceptoz color aliqd duceret: fecit hoc anima grauide pecudis per oculos affecta forinsecus: z interius secũ p suo modulo formãdi regulã trahẽs: quã de intima potẽtia sui creatoris accepit. Sed quãta sit vis anime ad afficiẽdã atq; mutandã materiã corpalẽ: cum tñ creatrix corpis dici nõ possit: qz oĩs causa mutabilis sensibilisq; substãtie: oĩsq; modus z numerus z pondus eius vñ efficit vt z sit: et natura ita vel ita sit: ab intelligibili z incõmutabili vita q̃ sup oĩa est: existit: et puenit vsq; ad extrema atq; terrena: mult⁹ sermo est: nec nũc necessarius. Verũ ꝓpterea factũ iacob de pecorib⁹ cõmemorãdũ arbitrat⁹ sum: vt intelligeret si hõ q̃ virgas illas sic posuit: dici nõ põt creator colorũ in agnis z hedis. nec ipe matrũ anime q̃ cõceptã p oculos corpis phantasiaz varietatis seminib⁹ carne cõceptis: quãtũ natura passa est: asperserũt. multomin⁹ dici posse ranarum serpẽtiũq; creatores angelos malos: per quos magi pharaonis tũc illa fecerũt.

De causis originalib⁹ creaturarum corpaliũ: quas mundo creator inseruit. Capitu. ix.

Aliud est enim ex intimo ac summo causarũ cardine cõdere atq; administrare creaturã: qđ q̃ facit: solus creator est deus. Aliud aũt p distributis ab illo viribus et facultatib⁹ aliquã operationẽ fo-

rinsecus admouere: vt tunc vel tūc: sic vel sic: exeat qđ creaſt. Iſta q̄ppe originaliť ac primordialiter in quadā textura elemētoꝝ cūcta iam creata ſunt: ſz acceptis opportunitatib⁹ ꝓdeunt. Nam ſicut mr̄es grauide ſunt fetib⁹: ſic ipe mūdus grauidus eſt cauſis naſcētiū: q̄ in illo nō creāť: niſi ab illa ſūma eſſentia: vbi nec oritur: nec moriť aliq̄d: nec incipit eſſe: nec deſinit. Adhibere autē forinsecus accidētes cauſas: q̄ tametſi non ſunt naturales: tñ ꝑm naturā adhibenť: vt ea que ſecreto nature ſinu abdita ꝓtinenť: erumpāt. ꝛ foris creētur quodāmō explicā do mēſuras ꝛ numeros: et pondera q̄ in occ
Sap.jj culto accepeŕt ab illo: qui oīa in mēſura et numero ꝛ pondere diſpoſuit: nō ſolū mali angeli: ſz etiā mali hoīes poſſunt. ſicut ex emplo agriculture: ſupra docui. Ez ne de animalib⁹ q̄ſi diuerſa ratio moueat: qꝛ habent ſpīm vite cū ſenſu appetēdi: que ꝑm naturā ſunt vitandiq̄ cōtraria: etiā hoc eſt videre: q̄ multi hoīes nouerūt: ex quib⁹ herbis: aut carnib⁹: aut quarūcunq̄ rerū quibuſlibet ſuccis ꝛ humoꝛib⁹: vel ita poſitis: vel ita obrutis. vel ita cōtritis: vel ita cōmixtis: que animalia naſci ſoleāt: quoꝝ ſe q̄s tam demēs audeat dicere creatorē: Quid ḡ mirū ſi quēadmodū pōt noſſe quilibz nequiſſimus hō: vnde illi vel illi vermes muſciq̄ naſcanť. ita mali angeli ꝑ ſubtilitate ſui ſenſus in occultioꝛib⁹ elemētoꝝ ſeminibus nouerunt: vñ rane ſerpēteſq̄ naſcanť: et hec ꝑ certas ꝛ notas tentationū opportunitates occultis motibus adhibēdo faciūt creari: nō creāť. ſ illa hoīes q̄ ſolent ab hominib⁹ fieri: nō miranť. Quod ſi quiſq̄ celeritates incremētoꝝ forte mirať: q illa animātia tam cito facta ſunt: attendat quēadmodū et iſta ꝑ modulo facultatis humane ab hominib⁹ ꝓcurent. Tñ enī fit vt eadez coꝛpa citius vermeſcāt eſtate q̄ hieme: citiꝰ in calidioꝛib⁹ q̄ in frigidioꝛib⁹ locis. Ez hec ab hoīb⁹ tāto difficilius adhibēť: quāto deſunt ſenſuuz ſubtilitates: ꝛ coꝛporum mobilitates in membris terrenis et pigris. Tñ qualibuſcūq̄ angelis vicinas cauſas ab elemētis ꝓtrahere: quāto facilius eſt: tāto mirabilioꝛes in hmōi operibus eoꝝ exiſtunt celeritates. ſed nō eſt creatoꝛ: niſi qui ꝓncipaliter iſta formať. Nec quiſq̄ hoc ꝓt niſi ille penes quē primiť ſunt oīa que ſūt
Sap.jj meſure: numeri: ꝛ pōdera: ꝛ ipe eſt vnꝰ creatoꝛ deus: ex cuiꝰ ineffabili potētatu fit etiā vt qđ poſſent hi āgeli ſi ꝓmitterēť: ideo nō poſſunt: qꝛ nō ꝓmittunť. Nec enī occurrit alia ratio: cur nō potuerint facere minutiſſimas muſcas qui ranas ſerpēteſq̄ fecerūt: niſi qꝛ maioꝛ aderat dñatio ꝓhibendi per ſpīm ſctm. qđ etiā ipſi magi cōfeſſi ſunt dicētes: digitꝰ dei ē hic. Quid aūt poſſint ꝑ naturā: nec poſſint per ꝓhibitionē: et q̄d per ipius nature ſue cōditionē facere nō ſinantur: homini explorare difficile eſt: imo vero impoſſibile: niſi ꝑ illud donū dei: qđ aplūs cōmemoꝛat dicens. Alij diſiudicatio ſpirituū. Nouimꝰ enī hoīem poſſe ambulare: et nequaq̄ hoc poſſe ſi nō ꝓmittatur. volare aūt nō poſſe etiā ſi ꝓmittať. Sic et illi angeli quedā poſſunt facere: ſi ꝓmittanť ab angelis potētioꝛib⁹ ex impio dei. quedā vo nō poſſūt: nec ſi ab eis ꝓmittanť: qꝛ ille nō permittit a quo illis eſt talis nature modus: q̄ etiā ꝑ angelos ſuos ꝛ illa plerūq̄ nō ꝓmittit que cōceſſit vt poſſint. Exceptis igiť illis q̄ vſitatiſſimo trāſcurſu tēpoꝝ in rer̄ nature ordine coꝛpaliter fiunt: ſicuti ſunt oꝛtus ſiderū occaſuſq̄: generatōes ꝛ moꝛtes animaliū: ſeminuz et germinū innumerabiles diuerſitates: nebule et nubes: niues et pluuie: fulgura ꝛ tonitrua: fulmina ꝛ grādines: venti et ignis: frigus ꝛ eſtus: et omnia talia. Exceptis etiā illis que in eodem ordine rara ſunt: ſicut defectus luminū: et ſpecies inuſitate ſiderū: ꝛ mōſtra ꝛ terremotus. et ſimilia. Exceptis ergo iſtis oīb⁹ quoꝝ quidē prima ꝛ ſūma cauſa nō eſt niſi volūtas dei. Tñ ꝛ in pſalmo: cū q̄dā huiꝰ generis eſſent cōmemoꝛata: ignis: grādo: nix: glacies: ſpūs tēpeſtatis: ne quis ea vel foꝛtuitu: vel cauſis tantūmō coꝛpalib⁹: vel etiā ſpiritalib⁹: tñ ꝑter voluntatē dei exiſtētibus agi crederet: continuo ſubiecit: que faciunt verbū eius.

Exo.8
Ibidē.7
Exo.8
j.Cor.j
Pſ.j 48
Ibidem.

De ſignificatiōib⁹ q̄ ad manifeſtandā volūtatē dei: ſiue ꝑ hoīes ſiue ꝑ angelos miniſtrāť Ca.x.

Ad his vt dicere ceperā exceptis: alia ſunt illa que q̄uis ex eadē materia coꝛporali: ad aliq̄d tamē diuinitus annūciandū noſtris ſenſib⁹ admouētur: que ꝓprie miracula ꝛ ſigna dicunť: nec in oīb⁹ que a nobis a dño deo annūciantur: ipſius dei perſona ſuſcipiť. Cum autē ſuſcipiť: aliq̄n in angelo demonſtrať: aliq̄n in ea ſpecie que nō eſt qđ angelus: q̄uis ꝑ angeluz diſpoſita miniſtreť. Rurſus cū in ea ſpecie ſuſcipiť: que non eſt qđ angelus: aliq̄n iam erat ipm coꝛpus: et ad hoc dēmō

strandū in aliquā mutationē assumīt. aliqñ ad hoc exorīt: et re pacta rursus assumīt. sicut etiā cum boies annūciant: aliqñ ex sua psona verba dei loquūt: sicuti cū p̄mittit: dixit dñs: aut hec dicit dñs: aut tale aliqd. aliqñ aūt nihil tale p̄mittētes: ipsam dei per
Ps.31 sonā in se suscipiūt. sicuti ē: Intellectū tibi dabo: et cōstituā te in via qua ingredieris. Sic nō solū in dictis: verū etiā in factis dei psona significāda imponit ꝓphete: vt eam
3. Reg.11 gerat in ministerio ꝓphetie: sicut eius psonam gerebat qui vestimentū suū diuisit in duodecim ptes: ⁊ ex eis decē seruo regis salomonis dedit: regi futuro israel. Aliqñ etiā res q̄ nō erat qđ ꝓpheta: et erat iam in terrenis rebus in hmōi significationē assumpta est. sicut somnio viso euigilās iacob fe-
Gene.28 cit de lapide: quē dormiēs habebat ad caput. Aliqñ ad hoc fit eadā species vel ali-
Nume.21 quātulum māsura: sicut potuit serpens ille eneus exaltatus in heremo: sicut pñs ⁊ lre. vel pacto ministerio transitura: sicut panis ad hoc factus in accipiēdo sacramēto cōsumīt. Dz q⁹ hec hominib⁹ nota sunt: q⁹ p boies fiunt: honorē tanc̄ religiosa possunt habere: stuporē tanc̄ mira non pñt. Itaq̄ illa que p angelos fiunt: quo difficiliora et ignotiora: eo mirabiliora sunt nobis. illis aūt tanc̄ sue actiōes note atq̄ faciles. Loquīt ex psona dei angelus homini dicens:
Exo.3 Ego sum deus abaā: et deus isaac: ⁊ deus iacob: cū scptura p̄dixisset: Visus ē ei āgelus dñi. Loquīt et hō ex psona dñi dicēs:
Ps.80 Audi pplus meus ⁊ loquar israel: et testificabor tibi deus: deus tu⁹ ego sum. Assumpta est virga ad significationē. et in serpētē angelica facultate mutata est. Que facultas cū desit homini: assumptus est tñ et ab boie lapis: ad talem aliquā significationē. Inter factū angeli: et factū hois: plurimū distat. Illud et mirandū et intelligēdū est. hoc aūt tantūmō intelligēdū. Qđ ex vtroq̄ intelligīt: fortassis vnū est: at illa ex quibus intelligīt diuersa sunt: tanc̄ si nomen dñi et auro ⁊ attramento scribat. Illud est p̄ciosius: illud vilius: qđ tñ vtroq̄ significat idipm est. Et q̄uis idē significauerint: ex
Exo.4 Gene.28 virga moysi serpēs: qđ lapis iacob: melius
Exo.7 tñ aliqd lapis iacob q̄ serpentes magorū. Nam sicut vnctio lapidis xp̄m in carne: in
Ps.44 qua vnctus est oleo exultatiōis pre participibus suis: ita virga moysi cōuersa in ser-
Phil.2 pentē: ipm xp̄um factū obedientez vsq̄ ad
Job.5 mortē crucis: vñ ait. Sicut exaltauit moy-

ses serpētem in deserto: sic oportet exaltari filiū hois: vt oīs qui credit in ipso: nō pereat: sz habeat vitā eternā. Sicut intuētes illū serpentē exaltatuz in heremo: serpentū morsib⁹ nō perībāt. Vetus enī hō noster simul est cruci cū illo: vt euacuet corpus peccati. Per serpentē enī intelligīt mors: que facta est a serpēte in paradiso: mō locutionis per efficientē id qđ efficit demonstrāte. Ergo virga in serpentē: xp̄s in mortē: et serpens rursus in virgā: xp̄s in resurrectionē totus cū corpe suo qđ est ecclesia: qđ in fine tpis erit: quē serpentis cauda significat: quam moyses tenuit: vt rediret in virgam.
Nume.21 Exo.4 Serpentes aūt magor̄ tanc̄ mortui seculi: nisi credentes in xp̄um tanc̄ deuorati in corpus ei⁹ intrauerint: resurgere in illo nō poterunt. Lapis ergo iacob vt dixi: melius aliquid significauit q̄ serpētes magor̄. At enī factū magor̄: multo mirabilius. Verū hec ita non p̄eiudicāt rebus intelligēdis: tanc̄ si hominis nomē scribat auro: et dei attramēto. Illas etiā nubes ⁊ ignes quō fecerint vel assumpserint angeli ad significādum quod annūciabāt: etiā si dñs vel spiritussanct⁹ illis corporalib⁹ formis ostendebat. Quis nouit hominū: sicut infantes nō norunt qđ in altari ponit: et peracta pietatis celebratiōe consumīt: vnde vel quomō conficiat: vnde in vsum religionis assumatur. Et si nunc̄ discant experimēto vel suo vel aliorū: et nunc̄ illam speciē rerum videant: nisi inter celebrationē sacramētorū cū offertur ⁊ datur: dicaturq̄ illis auctoritate grauissima cuius corpus ⁊ sanguis sit: nihil aliud credēt: nisi oīno in illa specie dñm oculis apparuisse mortaliū: et de latere tali percusso: liquorē illū oīno fluxisse. Mihi autē oīno vtile est: vt meminerim virtū meaz fratresq̄ meos admoneā: vt et ipsi meminerint suaz ne vltra q̄ tutū est humana ꝓgrediat infirmitas. Quēadmodū enī hec faciūt angeli vel potius deus: quēadmodū hec faciat p angelos suos: et quā tū fieri velit etiā p angelos malos: siue sinēdo: siue iubēdo: siue cogēdo: ex occulta sede altissimi imperij sui: nec oculoz acie penetrare: nec fiducia rationis enucleare: nec ꝓuectu mētis cōprehēdere valeo: vt tā certus hinc loquar ad omnia q̄ requiri de his rebus pñt: q̄z si essem angelus: aut ꝓpheta: aut aplus. Cogitatiōes enī mortaliū timide: et incerte ꝓuidētie nre. Corpus enī qđ corrumpit aggrauat animā: ⁊ deprimit ter-
Rome.21 Rome.6 Sap.9

rena inhabitatio sensum multa cogitantē. Et difficile estimam⁹ que in terra sunt: et q̄ in ꝓspectu sunt inuenim⁹ cū labore. Que in celis sunt aūt: quis inuestigabit: Sed qꝛ
Sap.9 sequit et dicit. Sensum vo tuū quis sciet: nisi tu dederis sapientiā: ⁊ miseris scīm spīm tuū de altissimis. Que in celis sūt quidē nō inuestigam⁹: quo rerū genere ⁊ corpa angelica ꝑm ꝓpriā dignitatē ⁊ eoꝛ quedā corpalis actio cōtinet. ꝑm spīm tū dei missum nobis de altissimis ⁊ impartitā eius gratiā mētib⁹ nr̄is: audeo fiducialiter dicere: nec deū patrē: nec verbū ei⁹: nec spīm eius: qđ deus vnus est: per id qđ est: atq; idipm est: vllo mō esse mutabilē: ac pec hoc multo minus esse visibilē: qm̄ sunt q̄dā c̄uis mutabilia: nō tm̄ visibilia: sic nr̄e cogitatiōes: et memorie: ⁊ volūtates: ⁊ oīs incorpea creatura. Visibile aūt q̄cq; nō ē: qđ nō sit mutabile.

Essentiā trinitatis nūq; oculis apparuisse mortaliū: sz ꝑ subiectā sibi creaturā significasse que voluit. Capitulū.xj.

Quapropter substātia vel si melius dicit essentia dei: vbi ꝓ modulo nr̄o ex quātulacunq; particula intelligim⁹ patrē: et filiū: et spūmsctm̄: qm̄ quidē nullo mō mutabilis est: nullo mō pōt ipsa per semetipam esse visibilis. Proinde illa oīa que patrib⁹ visa sunt: cū deus illis ꝑm suaz dispensationē tpib⁹ cōgruā presentaret: ꝑ creaturā facta esse manifestuz est. Et si nos latet quō ea ministris angelis fecerit: ꝑ angelos tm̄ ee facta: nō ex nr̄o sensu dicim⁹: ne
Roma.12 cuiq; videamur plus sapere preterq; oporteꝛ sapere. Sed sapiam⁹ ad temperantiā sicut deus nobis partitus est mensurā fidei:
2.Cor.4 et credim⁹ ꝓpter qđ ⁊ loquimur. Extat enī auctoritas diuinaꝝ scripturaꝝ: vnde mēs nr̄a deuiare nō debet: nec relicto solidamēto diuini eloquij: ꝑ suspitionū suarū abrupta ꝓcipitari: vbi nec sensus corpis regit: nec perspicua ratio veritatis elucet. Apertissime q̄ppe scriptū est in epla ad hebreos: cū dispensatio nouitestamēti a dispensatione veteris testamēti ꝑm cōgruētiā seculoꝝ ac tpm distingueret: nō tantū illa visibilia: sed ipm etiā sermonē per angelos factū. sic
Heb.j enī dicit. Ad quē aūt angeloꝝ dixit aliq̄n: sede ad dexterā meā: quoadusq; ponā inimicos tuos scabellū pedum tuoꝝ: Nonne oēs sunt ministri spūs ad ministrationez missi: ꝓpter eos qui futuri sunt hereditatē possidere salutē: Hinc ostēdit illa oīa: nō solū per angelos facta: sed etiā ꝓpter nos facta. id est ꝓpter populū dei: cui ꝓmittit hereditas vite eterne: sicut ad corinthios etiā scriptū est. Omnia hec in figura cōtingebāt illis. scripta sunt aūt ad correptionē nr̄ā: in quos fines seculoꝝ obuenit. Vnde qꝛ tūc per angelos: nūc aūt per filium sermo factus est: cōsequēter apteq; dem̄o
Heb.2 strans. Propterea inquit: abundantius oportet attēdere nos ea que audiuim⁹: ne forte defluam⁹. Si enī qui ꝑ angelos dict⁹ sermo factus est firmus: ⁊ oīs ꝓuaricatio et inobediētia iustam accepit mercedis retributionē: quomō nos effugiem⁹ tantā negligētes salutē: Et quasi querētes quā salutem vt ostēderet se de nouo testamēto iā
Ibidem. dicere. id est sermone qui nō ꝑ angelos: sz ꝑ dn̄m factus est. Que cū initiū accepisset inq̄t: vt enarraret ꝑ dn̄m ab his q̄ audierūt in nos ꝓfirmata est: cōtestante deo signis ⁊ portētis: ⁊ varijs virtutib⁹ et spūs sancti diuisionib⁹ ꝑm suā volūtatē. Sz ait aliquis: cur ḡ scriptū est: Dixit dn̄s ad moysen: et non potuit: dixit angelus ad moysen. Quia cū verba iudicis ꝓ preco ꝓnunciat: nō scribit ingestis: ille preco dixit: sz ille iudex. Sic etiā loquēte ꝓpheta sctō: et si dicam⁹ ꝓpheta dixit: nihil aliud q̄ dn̄m dixisse intelligi volumus. Et si dicam⁹: dn̄s dixit: ꝓphetam nō ꝟbtrahim⁹: ꝟ q̄s ꝑ eū dixerit admonem⁹. Et illa quidē scriptura sepe aperit angelū esse deū: quo loquēte identidē dicit: dn̄s dixit: sic iā demōstraum⁹. Sz ꝓpter eos q̄ cū scriptura illic angelū noīat: ipsuz ꝑ scīpm filiū dei volūt intelligi: qꝛ ꝓpt annūciationē paterne ac sue volūtatis a ꝓpheta dictus est angelus: ꝓpterea volui ex hac epla manifestius testimoniū dare: vbi nō dictū ē: ꝑ angelū: sed ꝑ angelos. Nam et stephanus in
Act.7 actib⁹ apl̄oꝝ eo more narrat hec: quo etiaz in libris veterib⁹ cōscripta sūt: Viri fratres et patres audite inquit: deus glorie apparuit abrae pri nr̄o: cū esset in mesopotamia syrie. Ille quis aūt arbitret tunc deū glorie ꝑ id qđ in seipo est: cuiusq; oculis apparuisse mortaliū: in cōsequentib⁹ dicit: ꝙ moysi āgelus apparuerit: Fugit inquit moyses in verbo isto: et factus est inquilinus in terra madian: vbi genuit filios duos. Et cōpletis illic annis. xl. apparuit illi in deserto mōtis syna angelus dn̄i in flāma ignis in rubo. Moyses autē videns mirabat visum. Qui cū accederet cōsiderare: facta est voꝛ dn̄i dicēs: Ego sum deus patrū tuoꝝ: deus
Exo.3

abraam:et deus isaac:ꝛ deus iacob. Et re-
mefactus aũt moyses:nõ audebat cõside-
Exo.3 rare. Dixitq; illi dñs: Solue calciamẽtum
pedũ tuoꝝ ꝛc. Hic certe et ãgelũ ꝛ dñm di
cit: eundẽq; deũ abraã:et deũ isaac:ꝛ deũ
iacob: sic in genesi scriptũ ẽ. An forte q̃sq;
dicturus est:q; moysi p angelũ apparuit do
min⁹:abrae vo per seipm⁹: Ut hoc a stepha
no nõ queram⁹:ipm librũ vnde stephanus
ista narrauit interrogem⁹. Nunquid enĩ qꝛ
Gene.32 scriptũ est: Et dixit dñs deus ad abraã. Et
paulopost: Et visus ẽ dñs dẽ⁹ abrae: ꝓpte-
rea ista nõ p angelos facta sunt:cũ alio lo-
Gene.18 co similiter dicat. Visus est aũt ei deus ad
ulicem mambre sedẽti ad ostiũ tabernaculi
sui meridie. Et tñ cõsequẽter adiũgit: Re-
spicies aũt oculis suis vidit: et ecce tres vi
ri stabãt sup eũ: dẽ quib⁹ iam dixim⁹. Quõ
enĩ poterũt isti qui vel a verbis ad intelle-
ctũ nolũt assurgere: vel facile se ab intellc-
tu in verba p̃cipitãt:quõ poterũt explica-
re visum esse deũ in viris trib⁹:nisi eos sicut
etiã cõsequẽtia docẽt:angelos fuisse fateã-
tur. An qꝛ nõ dictũ est angelus ei locutus
est vel apparuit: ꝓpterea dicere audebunt:
moysi quidẽ illã visionẽ ac vocẽ per ange-
lum factã:qꝛ ita scriptũ est: abrae aũt qꝛ cõ
memoratio angeli nõ est facta :per substan
tiã suã deũ apparuisse atq; sonuisse. Quid
qõ nec apud abraam de angelo tacitũ est:
Nam ita legit cũ imolãdus filius eius pre
Gene.22 ciperet. Et factuꝫ est post hec verba: tem-
ptauit deus abraã:et dixit ad eũ: Abraam
abraã. Et ille dixit. Ecce ego. Et dixit ei:
Accipe filiũ tuũ dilectũ quẽ diligis isaac:ꝛ
vade in terrã excelsam: et offer eũ ibi holo-
caustũ sup vnũ montẽ quẽ tibi dixero. Cer
Ibidem. te hic deus:nõ angelus cõmemoratus est.
Paulopost vo ita se habet scriptura. Extẽ
dẽs aũt abraã manũ suã: sũpsit gladiũ vo
lẽs occidere filiũ suũ. Et vocauit eũ ange-
lus dñi de celo:et dixit ei:abraã abraã: Et
dixit: Ecce ego. Et dixit: Ne inicias manũ
tuã sup puerũ:neq; facias ei quicq;. Quid
ad hoc respõdet:an dicturi sunt deũ iussisse
vt occideret isaac:ꝛ angelum prohibuisse:
Porro ipm patrẽ aduersum dei p̃ceptũ q̃
iusserat vt occideret obtemperasse angelo
vt parceret. Ridendus et abijciẽdus hic
sensus est. Qꝛ neq; huic tam grosso et abie
cto vllũ locũ scriptura esse pmittit:cõtinuo
Ibidem. subiungẽs. Nũc enĩ cognoui qꝛ times deũ
tu: et non pepercisti filio tuo dilecto ꝓpter
me. Quid est ꝓpter me:nisi ꝓpter eũ q̃ occi
di iusserat: Idem igit dẽus abrae qui ange
lus: an potius p angelũ deus. Accipe se-
quẽtia. Certe iam hic angelus manifestissi-
me expressus ẽ:attẽde tñ q̃d ꝓtexat. Respi
ciens abraã oculis suis vidit: et ecce aries
vnus tenebat in arbore sabech cornib⁹:et
abijt abraã: et accepit arietẽ:ꝛ obtulit eum
holocaustũ pro isaac filio suo. Et cognomi
nauit abraã nomẽ loci illius dñs vidit: vt
dicãt hodie qꝛ in mõte dñs visus est: sicut
pauloante qõ dixit deus p angelũ. Nunc Ubi.s.
enĩ cognoui qꝛ times deũ.nõ qꝛ tunc deus
cognouisse intelligẽdus est: sed egisse. vt p
deũ ipse abraã cognosceret quãtas habe-
ret vires cordis ad obediendũ deo vsq; ad
immolationẽ vnici filij. Illo mõ locutiõis
quo significat p efficientẽ id qõ efficit. sicut
dicit frigus pigrũ: qõ pigros facit: vt ideo
cognouisse diceret:qꝛ ipm abraã cognosce
re fecerat:quẽ poterat latere fidei sue firmi-
tas:nisi tali experimẽto ꝓbaret. Ita ꝛ hic co-
gnominauit abraã nomẽ loci illius dñs vi-
dit.id est qõ videri se fecit. Nam continuo
secutus ait: vt dicãt hodie q; in mõte dñs
visus est. Ecce idem angelus:dñs dicitur.
Quare nisi qꝛ p angelũ dñs: Jam vo in eo
qõ sequit: ꝓphetice oĩno loquit angelus:
et prorsus aperit qõ p angelũ deus loqua-
tur. Et vocauit inquit angelus dñi abraã Gene.22
iterũ de celo dicẽs: Per me iuraui dic dñs:
pro eo qõ feciſti hoc verbũ:ꝛ nõ pepercisti
filio tuo dilecto ꝓpter me ꝛc. Hec certe ver
ba vt dicat ille:per quẽ loquit dñs.hec di-
cit dñs:etiã ꝓphete solẽt habere. An filius
dei de patre ait dicit dñs:et ipse est ille an-
gelus pris. Quid ergo de illis tribus viris:
Nonne respiciunt quomõ vrgeant qui visi
sunt abrae. cũ p̃dictũ essꝫ: visus est ei dñs. Dani.8
an qꝛ viri dicti sunt:nõ erãt angeli: Daniele
lem legãt dicentẽ. Ecce vir gabriel. Qꝛ q̃d
vltra differim⁹ ora eorũ euidentissimo atq;
grauissimo alio documẽto oppilare: vbi nõ
angelus singulariter: nec viri pluraliter: sꝛ
oĩno angeli dicunt:q; quos sermo nõ qui
libet factus: sꝛ lex ipsa data manifestissime
ostẽdit:quã certe nllus fidelij dubitat deũ
dedisse moysi ad subiugãdũ ꝓpm israel:sꝛ
tñ per angelos datã.ita stephanus loquit.
Dura ceruice inquit et nõ circũcisi corde ꝛ Act.7
aurib⁹: vos semp spiritui sctõ restitistis: si-
cut pres vri: quẽ ꝓphetarũ nõ persecuti sunt
pres vri:et occiderũt eos qui prenũcibant
de aduẽtu iusti: cuius nũc vos p̃ditores ꝛ
interfectores fuistis: qui accepistis legẽ in

edictis angelorum: nec custodistis. Quid hoc euidētius: q̄d tanta auctoritate robustius? In edictis quidē angelor̄ lex illi populo data est: sed dñi iesu xp̄i p eā disponebat: et p̄nunciabat aduētus. Et ipse tanc̄ verbū dei miro ⁊ ineffabili mō erat in angelis: in quor̄ edictis lex ipsa dabat. Vñ dic̄ in euangelio. Si crederetis moysi: crederetis et mihi. de me enī ille scripsit. Per angelos ergo tūc dñs loquebat: per angelos filius dei: mediator dei ⁊ hoim futurus ex semine abrae suū disponebat aduentū: vt inueniret a quibus reciperet cōfitētes reos: quos lex nō impleta fecerat trāsgressores. Vñ et aplus ad galathas dicit. Quid ergo lex? Transgressionis gr̄a p̄posita est: donec veniret semē cui p̄missum est disposita p angelos in manu mediatoris. hoc est disposita p angelos in manu sua. Non enī natus est per cōditionē: sed p ptātē. Nō autem nō aliquē ex angelis dicit mediatorē: sed ipm dñm iesum christū inquantū hō fieri dignatus est: habes alio loco. Unus inquit deus: et vnus mediator dei ⁊ hoim: hō xp̄us iesus. Hinc illud pasca in interfectione agni. Hinc illa oīa que de xp̄o vēturo in carne atq̄ passuro: sed et resurrecturo in lege figurant: que data est in edictis angelor̄: donec veniret semē dispositū per angelos in manu mediatoris. In quib⁹ angelis erat vtiq̄ et pater: et filius: et spūsctūs. Et aliq̄n pater: aliq̄n fili⁹: aliq̄n spūsctūs: aliq̄n sine vlla distinctiōe persone deus per illos figurabat. Et si visibilib⁹ et sensibilib⁹ formis apparēs: per creaturā tū suā nō per substantiā suā cui vidēda corda mūdant p hec oīa q̄ oculis vident: ⁊ aurib⁹ audiunt. Ex iam satis quantū existimo p captu nr̄o disputatū ⁊ demōstratū est. qō in hoc libro suscepera⁹ ostēdere: constitit q̄ ⁊ p habilitate rōnis quantū hō vel pot⁹ quantū ego potui et firmitate auctoritatis quātū de scripturis sanctis diuina eloquia patuerunt. qō antiquis p̄ib⁹ nr̄is ante incarnationez saluatoris cū deus apparere dicebat: voces ille ac species corpales per angelos facte sunt: siue ipsis loquētib⁹ vel agentibus aliq̄d ex persona dei: sicut etiā p̄phetas solere ostendim⁹: siue assumētib⁹ ex creatura qō ipsi nō essent: vbi deus figurate demōstraret hominib⁹. Qō gen⁹ significationū nec p̄phetas omisisse multis exēplis docet scriptura. Superest igit iam vt videam⁹ cū et nato per virginē dño: ⁊ corpali specie sicut columba descendēte spūsancto: visisq̄ igneis linguis: sonitu facto de celo die pentecostes post ascensionē dñi: non ipsum dei verbū per substātiā suam qua patri equale atq̄ coeternū est: nec spūs p̄ris et filij p suā substātiam qua et ipse vtrisq̄ equalis atq̄ coeternus est: sed vtiq̄ creaturaz que illis modis formari ⁊ existere potuit corporeis atq̄ mortalib⁹ sensib⁹ apparuerit: quid inter illas demonstratiōes: et has p̄phetates filij dei et spūssancti: q̄uis per creaturā visibilē factas intersit: quod ab alio volumine cōmodius ordiemur.

Act.2

Job 5

j.Thi.2

Gal.3

j.Thi.2

Explicit liber tertius.

Incipiūt capitula libri quarti.

j De gr̄a dei qua sibi humanū genus recōciliat: vt qō perierat: saluet.

ij De incarnatione v̄bi vt pticipes ei⁹

iij De simplo saluato- (esse possim⁹. ris nr̄i qō ad duplū nr̄m cōcurrit ⁊

iiij De rōne simpli ad du- (cōgruit. plū: p numer⁹ ternariū atz senariū.

v De quadragesimo sexto anno edifi-

vj De triduo (catiōis dñici corpis. quo impleto dñs resurrexit.

vij De signis ⁊ p̄figuratiōib⁹: q̄ aduētū

viij De filio dei qui in (dñi p̄cesserūt. forma dei ⁊ in forma serui vna p̄so-

ix De vnitate ecclesie in (na est xp̄i. deo p geminā dilectionē cui formā p̄bet vnitas p̄ris: et filij: ⁊ spūssancti.

x De mediatore ad mortē diabolo: et mediatore ad vitā iesu xp̄o.

xj De facilitate ludificationū quib⁹ homines ab imūdis spiritib⁹ fallunt.

xij De falsis ⁊ receptorijs purificatōib⁹

xiij Mortē xp̄i nō fuisse necessitatis nostre: sed volūtatis sue ac ptātis.

xiiij De sacrificio p̄fecto ⁊ vero: qō ipe p

xv De his q̄ si (nob saluator effect⁹ ē. bi purgationē de virtute p̄phia pol

xvj Sapiētes mūdi nec resur- (licent. rectionis veritatē cognoscere: nec futuror ordinē scire potuisse: q̄uis et ipsi vaticinia habere videant.

xvij Vñ apud impios possint q̄dā futu-

xviij De fide q̄ credim⁹ tpalit (ra p̄sciri gesta ⁊ veritate q̄ reddet eterna.

xix De missione filij dei qua in forma seruī patre factus est minor: cū in forma dei patri p̄maneret equalis.

xx ¶ Non esse cõtra equalitatẽ pris et filij: si etiã fm coeternã patri diuinitatem intelligat filius missus.

xxj ¶ De sensibili demõstratõe spũssancti: et de coeterna vnitate trinitatis.

¶ Incipit proemiũ in libꝝ quartũ.

Scientiã terrestriũ celestiũq; rerum magni estimare solet genus humanum: in quo pfecto meliores sunt qui huic scientie pponũt nosse semetipsos: laudabilioꝛq; est anim⁹ cui nota est vel infirmitas sua: q; qui ea non respecta: vias siderũ scrutat etiaz cogniturus. aut qui iam cognitas tenet ignoꝛãs ipse qua ingrediat ad salutẽ: ac infirmitatẽ suã. ¶ Qui vero iam euigilauit in deũ spũssancti caloꝛe excitat⁹ atz in ei⁹ amoꝛe coꝛã se viluit: ad eũq; intrare volẽs nec valẽs: eoq; sibi lucẽte attẽdit in se: inuenitq; se: suãq; egritudinẽ illi⁹ mũdicie cõtemperari nõ posse cognouit: flere dulce habet eũq; depcari: vt etiã atq; etiã misereat: donec exuat totã miseriã: et pcari cũ fiducia. Jam accepto gratuito pignoꝛe salutis: per eius vnicũ saluatoꝛẽ hois ⁊ illuminatoꝛẽ. hũc ita agentẽ ⁊ dolentẽ: sciẽtia non inflat: qz caritas edificat: prepositi eni sciẽtiã sciẽtie: pposuit scire infirmitatez suã magisq; scire mũdi menia: fundamẽta terraz et fastigia celoꝛũ: et hanc apponẽdo scientiã: apposuit doloꝛẽ. Doloꝛẽ peregrinatiõis sue ex desiderio patrie sue: et cõditoꝛis eius beati dei sui. In hoc genere hominũ: in familia xpi tui dñe deus me⁹: si inter pauperes tuos gemo: da mihi de pane tuo respondere hominib⁹: qui nõ esuriunt et sitiũt iusticiã: sed satiati sunt ⁊ abundãt. Satiauit aũt illos phantasma eoz: nõ veritas tua: quã repellẽdo resilũt: ⁊ in suã vanitatẽ cadũt. Ego certe sentio q; multa figmẽta pariat coꝛ humanũ. Et quid ẽ coꝛ meũ: nisi coꝛ humanũ? Sed hoc oꝛo deũ coꝛdis mei: vt nihil ex eis figmẽtis p solido vero eructem in has litteras: sed inde veniat in eas quicq; d per me venire potuerit. Unde mihi q̃uis piecto a facie oculoz suoz: et de longinquo redire conãti: per viã quã strauit humanitati diuinitas vnigeniti sui aura veritatis eius aspergit. Quã intantũ licet mutabilis haurio. inquantũ in ea nihil mutabile video: nec locis ⁊ tpib⁹ sic coꝛpa. nec solis tpib⁹ ⁊ q̃si locis: sicut spirituũ nroꝛum cogitatiões. nec solis tpib⁹: ⁊ nulla vel imagine locoz: sicut quedaz nraz mentiũ ratiocinationes. Omino enim dei essentia qua est: nihil mutabile habet: nec in eternitate: nec i veritate: nec in volũtate: qz eterna ibi est veritas: et eterna caritas: et vera ibi est caritas: vera eternitas: et cara ibi est eternitas: cara veritas.

¶ De gratia dei qua sibi humanũ genus recõciliat vt quod perierat saluetur. ¶ Capitulum. j.

Ed quoniã exulauim⁹ ab incõmutabili gaudio: nec tñ inde pcisi atq; abrupti sum⁹: vt nõ etiã in istis mutabilib⁹ et tpalib⁹ eternitatez: veritatẽ: beatudinẽ: q̃ rerem⁹. Nec moꝛi eni nec falli: nec pturbari volum⁹. missa sunt nobis diuinit⁹ visa cõgrua pegrinatiõi nre: quib⁹ admoneremur nõ hic esse qõ querim⁹: sed illuc ad ipa esse redeũdũ: vñ nisi pederem⁹ hic ea nõ quereꝛem⁹. At pmũ nobis psuadẽdũ fuit: quãtũ nos diligeret deus: ne desperatiõe nõ audeꝛem⁹ erigi in eũ. Quales aũt dilexerit: ostẽdi oportebat: ne tãq; d meritis nris supbiẽtes: magis ab eo resilirem⁹: et in nra foꝛtitudine magis deficerem⁹: ac p hoc egit nobiscũ vt p ei⁹ foꝛtitudinẽ pot⁹ pficerem⁹: atq; ita in infirmitate humilitatis pficeret vtus caritatis. Hoc significabat in psalmo vbi ait. Pluuiã volũtariã segregãs deus hereditati sue et infirmata est: tu vo pfecisti eã. Pluuiã q̃pe volũtariã nõ nisi gratiã vult intelligi: nõ meritis redditã: s gratis datã: vñ et gra noiat. Dedit eni eã non q; digneram⁹: sz q; voluit. hoc cognoscẽtes: nõ fidentes in nobis erim⁹: et hoc est infirmari. Ipe vo pficit nos: q̃ etiã paulo apl'o dixit. Sufficit tibi gra mea. nã virtus in infirmitate pficit. psuadẽdũ ergo erat hoi quantũ nos dilexerit deus: et q̃les dilexerit. Quãtum: ne desperarem⁹: q̃les ne superbirem⁹. Hunc locũ apl's pnecessariũ: sic explicat. Cõmẽdat aũt inquit suã caritatẽ de⁹ in nobis: qm̃ cũ adhuc pctoꝛes eẽm⁹: xps p nob moꝛtuus est. multo magis iustificati nũc in sanguine ipius: salui erim⁹ ab ira p ipm. Si eni cum inimici essem⁹ recõciliati sum⁹ deo p moꝛtẽ filij ei⁹: multomagꝛ recõciliati salui erim⁹ in vita ipsius. Item alio loco. Quid ergo inquit dicemus ad hec: Si deus pro nobis: quis cõtra nos: qui ꝓprio filio non pepercit: sz p nobis oñibus tradidit illũ. Quomõ nõ ⁊ cũ illo nobis oñia donauit:

1. Cor. 8

Dan. 5

Psa. 67

2. Cor. 12

Roma. 5

Ibidẽ. 8

Qz autē factū nobis annūciat: hoc futurū ostēdebat ⁊ antiquis iustis: vt p eādē fidē etiā ipsi humiliati infirmarent: et infirmati
Job.j pficerent. Quia igit vnū verbū dei est: per qđ facta sūt oīa: qđ est incōmutabilis veritas: vbi principaliter atqz incōmutabilit sunt oīa simul: nō solū q̄ nunc sunt in hac vniuersa creatura: verūetiā que fuerūt: ⁊ q̄ futura sunt. ibi autē nec fuerunt: nec futura sunt. sed tantūmō sunt: ⁊ oīa vita sunt: et oīa vnū sunt: ⁊ magis vnū est: ⁊ vna vita est. Sic enī oīa p ipm facta sunt: vt q̄cq̄d factū est in his: in illo vita sit: ⁊ facta nō sit:
Ibidem. qz in principio nō factū est verbū: sed erat verbū apud deū: et de⁹ erat verbū: ⁊ oia p ipm facta sūt. Nec p ipm oīa facta eēnt: nisi ipm esset ante oīa: factūqz nō esset. in his aūt q̄ per ipsum facta sunt: etiā corpus qđ vita nō est p ipm nō fieret: nisi in illo anteqz fieret vita esset: qđ enī factū est: iam in illo vita erat: ⁊ nō qualiscūqz vita. Nam et aīa vita est corpis: sz ⁊ hec facta est: q̄ mutabilis est: et p quid facta est: nisi p dei ver-
Ibdem. bū incōmutabile: Oīa enī per ipm facta sunt: ⁊ sine ipo factū est nihil: qđ ergo factū est: iam in illo vita erat. ⁊ nō qualiscūqz vita: sed vita erat lux hoim. lux vtiqz rationaliū mentiū: per quas hoies a pecorib⁹ differunt: et ideo sunt hoies. nō ergo lux corporea: que lux est carniū: siue de celo fulgeat: siue terrenis ignib⁹ accēdat: nec humanaz tantū carniū: sed etiā beluinarū: et vsqz ad minutissimos quosqz vermiculos. Oīa enī hec vidēt istā lucē. at illa vita lux hoim
Act.j7 erat. nec lōge posita ab vnoquoqz nr̄m: In illa enī viuim⁹ et mouemur et sum⁹. Sz lux in tenebris lucet: ⁊ tenebre eā nō cōphēdert.

De incarnatione verbi vt participes eius esse possim⁹. Ca.ij.

Tenebre aūt sunt stulte mentes hominū: praua cupiditate atqz infidelitate cecate. Quas vt curaret atqz sanaret verbū: per quod facta sunt omnia: caro factū est: et habitauit in nobis. Illuminatio q̄ppe nr̄a pticipatio verbi dei est: illi⁹ sz vite que lux est hoim. Huic aūt pticipationi prorsus inhabilies ⁊ min⁹ idonei eramus: ꝓpter īmūdiciā pctōz. Mundādi ergo eram⁹. Porro iniquoz ⁊ superboz vna mūdatio est sanguis iusti: et humilitas dei: vt ad cōtemplādū deū qđ natura nō sum⁹: p eū mūdaremur: factū qđ natura sum⁹: et qđ pctō nō sum⁹. Deus enī natura nō sumus: homies natura sumus: iusti pctō nō sumus. Deus itaqz factus hō iustus: intercessit deo p hoie pctōre. Non enī cōgruit peccatori iusto: sed cōgruit homini hō. Ad iungēs ergo nobis similitudinē humanitatis sue: abstulit dissimilitudinē iniquitatis nr̄e. Et factus particeps mortalitatis nr̄e: fecit nos participes diuinitatis sue. Qđ enī to quippe mors pctōris venies ex dānationis necessitate: soluta est per mortē iusti venientē ex misericordie volūtate: dum simplum eius cōgruit duplo nr̄o. Hec enī cōgruētia: siue conuenientia: vel cōcinnātia: vel cōsonātia: vt si cōmodius dicit: qđ est vnū ad duo: in oīm cōpaginatiōe: vel si melius dicit coaptatione creature: valet plurimū. Hanc enī coaptationē: sic mihi nūc occurrit: dicere volui: quā greci harmoniam vocant. Neqz nūc locus est: vt ostēdā quātū valeat cōsonātia simpli ad duplū: que maxima in nobis reperit: vt sit nobis insita naturaliter: a quo vtiqz nisi ab eo q̄ nos creauit: vt nec imperiti possint eā nō sentire. siue ipsi cantātes: siue alios audiētes. p hāc quippe voces acutiores grauioresqz cōcordant: ita vt quisquis ab ea dissonuerit: nō scientiā (cuius expertes sūt plurimi) sz ipm sensum auditus nr̄i vehementer offendat. Sed hoc vt demonstretur: longo sermone opus est: ipsis autē auris⁹ exhiberi pōt ab eo qui nouit in regulari monochordo.

De simplo saluatoris nostri qđ ad duplum nostrū concurrit ⁊ congruit. Capi.iij.

Verum quod instat impresentiarum quātū donat deus: edisserēdū est: quēadmodū simplū dñi et saluatoris nostri ihesu xpi: duplo nr̄o congruat et quodāmō cōcinat ad salutē. Nos certe (qđ nemo xpianus ambigit) et anima ⁊ corpe mortui sum⁹. anima ꝓpter pctm̄: corpe ꝓpter penā peccati: ac per hoc et corpore ꝓpter pctm̄. Vtriqz autē rei nr̄e. id est et anime ⁊ corpi: medicina ⁊ resurrectiōe opus erat: vt in melius renouaret qđ erat in deterius cōmutatū. Mors autē anime impietas est: ⁊ mors corpis corruptibilitas: p quā fit ⁊ anime a corpe absessus. Sicut enī anima deo deserente: sic corpus anima deserēte: mort. vñ illa fit insipiens: hoc exanime. Resuscitat enī aīa per penitētiā: ⁊ in corpe adhuc mortali renouatio vite inchoat a fide: qua creditur in eū qui iustificat impiū: bonisqz moribus augetur ⁊ roborat̄ de die in diem: cū magis magisqz renouat interior homo.

Corpus vo tāq̄ bō exterior: quāto est hec vita diuturnior: tanto magis magisq̄ corrumpit. vel etate vel morbo. vel varijs afflictiōib⁹: donec veniat ad vltimā que ab hominib⁹ mors vocat. Eius autē resurrectio differt in finē: cū et ipsa iustificatio nr̄a pficiet ineffabiliter. Tūc enī similes ei erim⁹: qñ videbim⁹ eū sicuti est. Nunc vo q̄diu corpus qđ corrūpit aggrauat animā. et vita humana sup terrā tota temptatio est. nō iustificabit in cōspectu eius oīnis viuēs: in cōpatiōe iusticie qua equabimur āgelis: et glorie q̄ reuelabit in nobis. De morte autē aie a morte corpis distinguēda: q̄d plura documēta cōmemorē: cū dñs in vna sentētia euāgelica vtrāq̄ mortē cuiuis facile discernendā posuerit. vbi ait: Dine mortuos sepelire mortuos suos. Sepeliēdū quippe corpus mortuū erat: sepultores aūt eius p infidelitatis impietatē in aia mortuos intelligi voluit. quales excitant cū dicit: Surge qui dormis r exurge a mortuis: et illuminabit te xps. Detestat aūt quādā mortē aplūs dicēs de vidua. Que aūt in delitijs agit: viuens mortua est. Anima igit iam pia q̄ fuit impia: ꝓpter iusticiā fidei dicit ex morte reuixisse atq̄ viuere. Corpus aūt nō tātū moriturū ꝓpter aie absceſſum qui futurus est: sed ꝓpter infirmitatē tātū carnis et sanguinis: quodā loco in scripturis etiaz mortuū dicit: loquente aplō: Corpus quidē inquit mortuū est ꝓpter pctm̄: spiritus aūt vita est ꝓpter iusticiam. hec vita ex fide facta est: qm̄ iustus ex fide viuit. Sed quid sequit: Si aūt spūs eius q̄ suscitauit iesum a mortuis habitat in vobis: qui suscitauit xpum iesum a mortuis: viuificabit r mortalia corpora vīa: p inhabitantē spm̄ eius in vobis. Nunc ergo duple morti nr̄e: saluator impēdit simplā suā: r ad faciendā vtrāq̄ resuscitationē nostrā: in sacramēto r exemplo preposuit r ꝓposuit vnam suam. Nec enī fuit peccator aut impius vt ei tāq̄ spū mortuo in interiore hoīe renouari opus esset: r tāq̄ resipiscēdo ad vitā iusticie reuocari: sed indutus carne mortali: r sola moriēs: sola resurgens: ea sola nobis ad vtrūq̄ cōcinuit: cū in ea fieret interioris hoīs sacramētū: exterioris exēplū. Interioris enī hoīs nr̄i sacramēto data est illa vox: ptinēs ad mortē aie nr̄e significādā: nō solū in psalmo: vexetiā in cruce. Deus meus deus me⁹ vt q̄d me dereliquisti: Cui voci cōgruit aplūs dicens: Sciētes q: vetus hō nr̄ simul crucifixus est cū illo: vt euacuet corpus peccati: vt vltra nō seruiam⁹ pctō. Crucifixio q̄ppe interioris hoīs penitētie dolores intelligūtur: r cōtinētie quidā salubris cruciatus: p quā mortē mors impietatis perimit: in qua nos nō dereliquit deus. Et ideo p talē crucem euacuat corpus peccati: vt iam nō exhibeam⁹ mēbra nr̄a arma iniquitatis pctō: q̄a et interior hō si vtiq̄ renouat de die in diē: pfecto vetus ē anteq̄ renouet. Intus nanq̄ agit: qđ idē aplūs dicit. Exuite vos veterē hominē: et induite nouū. Qđ ita cō sequēter exponit. Quapropter deponētes. mēdaciū: loquimini veritatē. Ubi aūt deponitur mēdaciū: nisi intus vt inhabitet in monte sctō dei: qui loquit veritatē in corde suo. Resurrectio vero corpis dñi: ad sacramentū interioris resurrectiōis nr̄e ptinere ostēditur. vbi postq̄ resurrexit ait mulieri: Noli me tangere: nōdū enī ascendi ad patrē meū. Cui mysterio cōgruit aplūs dicēs. Si aūt resurrexistis cū xpō: que sursum sūt querite: vbi xpus est ad dexterā dei sedēs. Que sursum sūt sapite. hoc est enī xpm nō tangere: nisi cum ascēderit ad patrē: nō de xpo sapere carnaliter. Jam vō ad exēplū mortis exterioris hoīs nostri dñice carnis mors ptinet: q: p talē passionē maxie hortatus est seruos suos: vt nō timeāt eos qui corpus occidūt: animā aūt nō possunt occidere. Propter qđ dicit aplūs: vt suppleā q̄ desunt pressurarū xpi in carne mea. Et ad exēplū resurrectiōis exterioris hoīs nostri ptinere inuenit resurrectio corpis dñi: qui ad discipulos ait: Palpate r videte: q: spūs carnē r ossa nō habet: sicut me videtis habere. Et vnus ex discipulis etiā cicatrices ei⁹ cōtrectās: exclamauit dicēs: Dñs me⁹ et deus me⁹. Et cū illius carnis tota integritas appareret: demōstratū est in ea q̄ suos exhortās dixerat. Capillus capitis vīi nō peribit. Ulī enī ꝑmo: noli me tāgere: nōdū enī ascēdi ad patrē meū. et vī anteq̄ ascēdat ad patrē a discipulis tangit: nisi q: illic insinuabat interioris hoīs sacramentū: hic ꝑbebat exterioris exēplū. An forte quisq̄ ita est absurdus atq̄ auersus a vero: vt audeat dicere a viris eū tactū anteq̄ ascēderet: a mulierib⁹ aūt cū ascēdisset. Propt̄ h exēplū future nr̄e resurrectiōis in corpe qđ ꝑcessit in dño: dicit aplūs: Imitū xps: deinde qui sunt xpi. De corpis enī resurrectione illo loco agebat: ꝓpter quā etiam dicit: Trāsfiguraūt corpus humilitatis nostre:

j. Joh. 3 Sap. 9 Job. 7 Ps. j 42 Matth. 8 Ephe. 5 j. Thi. 5 Roma. 8 Habac. 2 Roma. 8 Ps. 21 Roma. 6

Ibidem. Ephe. 4 Ibidem. Ps. j 4 Joh. 20 Colo. 3 Colo. j Luc. 24 Joh. 20 Luc. 21 Joh. 20 j. Cor. j 5 Phil. 3

cõformẽ corpi sue glorie. Una ergo mors nr̃i saluatoris: duab⁹ mortib⁹ nr̃is: saluti fuit. Et vna eius resurrectio: duas nobis resurrectões pstitit: cũ corpus eius in vtraq; re. id est in morte et in resurrectiõe et sacramẽto interioris hois nr̃i: et exẽplo exterioris medicinali quadã ꝓuenientia ministratũ ẽ.

De rõne simpli ad duplũ p ternariũ numeꝝ atq; senariũ. Ca. iij.

Hec autẽ ratio simpli ad duplũ orit quidẽ a ternario numero. Unum ãppe ad duo: tria sunt. Sed hoc totum qõ dixi: ad senariũ puenit. Unũ eni et duo et tria: sex fiunt. Qui numerus ꝑpterea pfect⁹ dicit: qr ꝑtib⁹ suis cõplet. Habz eni illas tres: sextã: tertiã: dimidiã. Nec vl la pars alia q̃ dici possit quota sit: inuenit in eo. Sexta ergo ei⁹ vnũ est: tertia duo: dimidia tria. Unũ aũt et duo et tria ꝓsũmant eũdẽ senariũ. Cui⁹ pfectionẽ nob sctã scriptura cõmẽdat in eo maxime: q̃ deus sex diebus pfecit opera sua: et sexto die factus est hõ ad imaginẽ dei. et sexta etate generis humani: filius dei venit: et factus est filius homis: vt nos reformaret ad imaginẽ dei. Ea ãppe nũc etas agit: siue milleni anni singulis distribuant etatib⁹: siue in diuinis litteris memorabiles atq; insignes quasi articulos tpum vestigem⁹: vt prima etas inueniat ab adam vsq; ad noe. inde secũda vsq; ad abrahã. Et deinceps sic̃ matheus euãgelista distinxit: ab abrahã vsq; ad dauid: a dauid vsq; ad transmigrationẽ in babyloniã. atq; inde vsq; ad virginis partũ. Que tres etates cõiuncte illis duab⁹: quinq; faciunt. Proinde sextã inchoauit natiuitas dñi: que nũc agit vsq; ad occultũ tpis finẽ. Hunc senariũ numerũ quãdã tpis gerere figurã: etiã in illa rõne triptite distributiõis agnoscim⁹: qua vnũ tps cõputam⁹ ante legem: alteꝝ sub lege: tertiũ sub gr̃a. In quo tpe sacramẽtũ renouatiõis accepim⁹: vt in fine tpis etiã resurrectõe carnis: oñi ex parte renouati: ab vniuersa: nõ solũ anime: veruz etiã infirmitate corpis sanemur. Unde intelligit illa mulier in typo ecclesie a dño sanata et erecta: quã curuauerat infirmitas alligãte sathana. De talib⁹ eni occultis hostibus plãgit illa vox psalmi: Curuauerũt animã meã. Hec aũt mulier decem et octo ãnos habebat in infirmitate: qõ est ter seni. Menses aũt annoꝝ decẽ et octo inueniunt in numero solidi quadrati senarij: quod est sexies seni: et hoc sexies. Juxta quippe est in eodẽ euangelij loco: arboꝝ quoq; illa ficulnea: cuius miserã sterilitatẽ etiã tertius ann⁹ arguebat. Sz ita ꝑ illa intercessũ ẽ: vt dimitteret illo anno: vt si fructũ ferret: bene. sinautẽ: excideretur. Nam et tres anni ad eandẽ tripartitã distributionẽ ptinẽt: et menses trium annoꝝ quadratũ senariũ facũt: qõ est sexies seni. Annus etiã vnus si duodecim menses integri ꝓsiderent: quos triceni dies cõplent: talẽ q̃ppe mẽsem veteres obseruauerũt: quem circuitus lunaris ostendit: senario numero pollet. Quot eni valẽt sex in primo ordine numeroꝝ: q̃ constat ex vnis: vt perueniat ad decẽ: hoc valẽt sexaginta in secũdo ordine: q̃ cõstat ex denis: vt perueniat ad centũ. Sexagenarius ergo numerus dierum: sexta pars anni est. Proinde ꝑ senariũ primi versus multiplicant: tanq; senarius secũdi versus: et fiunt sexies sexaginta: trecẽteni et sexaginta dies: q̃ sunt integri. xij. menses. Sz qm̃ sicut mẽsem circuitus lune ostẽdit hominib⁹: sic annus circutu solis animaduersus ẽ. Restãt aũt quinq; dies et quadrãs diei: vt sol impleat cursũ suũ annũq; cõcludat. Quattuor eni quadrãtes faciũt vnũ diẽ: quẽ necesse est intersalari excurso quadriẽnio qõ bisextũ vocãt: ne tpm ordo turbet. Etiã ipos dies quinq; et quadrantẽ si cõsiderem⁹: senarius numerus in eis plurimũ valet. Primũ: qr sicut fieri solet vt a pte totũ cõputetur: nõ sunt iam dies quinq;: sz poti⁹ sex: vt quadrans ille accipiat ꝓ die. Deinde qr in ipsis quinq; dieb⁹ sexta pars mensis est. ipse aũt quadrans sex horas habet. totus eni dies. id est cũ sua nocte viginti quattuor hore sunt: quarũ pars quarta. q̃ est quadrans diei sex hore inueniũtur: ita in anni cursu senarius numerus plurimũ valet.

Gene.j

Matb.j

Luc.j z

De quadragesimosexto anno dñici corpis. Capi. v.

Nec immerito in edificatione corporis dñici: in cuius figura tẽpluz a iudeis destructuz triduo se resuscitaturũ esse dicebat: numerus ipse senarius ꝓ anno positus intelligit. Dixerũt eni quadraginta et sex annis edificatũ est tẽplũ: et quadragesies sexies seni: fiunt ducenti septuaginta sex. Qui numerus dierũ cõplet nouem mẽses et sex dies: q̃ tanq; decem mẽses parientib⁹ feminis imputãt: nõ qr oñes ad sextũ diem post nonũ mẽsem ueniũt: sed qr ipa pfectio corpis dñi: tot dieb⁹ ad partum ꝓducta cõperit. sicut a maiorib⁹ tra-

Joh.2

ditū suscipiēs ecclesie custodit auctoritas.
Luc.23 Octauo enī kal. aprilis conceptus credit: quo t passus. Ita monumēto nouo quo sepultus est: vbi nullus erat mortuoꝝ posit⁹ nec ante nec postea: cōgruit vterus virginis quo cōceptus est: vbi nullus seminat⁹ est mortaliū. Natus aūt tradit octauo kal. ianuarias. Ab illo ergo die vsq; ad istū cō putati: ducenti septuaginta t sex reperiunt dies: q̄ senariū numerū quadragies seties habēt. Quo numero annoꝝ templū edificatū ē: qz eo numero senariorū corpus dñi pfectū est: qđ mortis passione destructū: tri
Joh.2 duo resuscitauit. Dicebat enī hoc de templo corpis sui: sicut euidētissimo t robustissimo euāgelij testimonio declarat. quo ait:
Matth.12 Sicut fuit ionas in ventre ceti tribus diebus et trib⁹ noctib⁹: sic erit et filius hois in corde terre tribus dieb⁹ t tribus noctib⁹.

De triduo quo impleto dominus resurrexit. Capitulū. vj.

Ihesum aūt triduū: nō totū t plenū fuisse scriptura testis est: sed prim⁹ dies a parte extrema totus annumerat⁹ est. Dies vo tertius a pte pma t ipe tot⁹. Medius aūt inter eos. id est secūdus dies absolute totus vigintiquattuor horis suis: duodecim nocturnis: t duodecim diurnis. Crucifixus est enī primo iudeoꝝ vocibus hora tertia: cū esset dies sexta sabbati. Deinde in ipsa cruce suspēsus hora sexta. t spīm tradidit hora nona. Sepultus est
Marc.15 aūt cū iā sero factū esset. sic sese habēt verba euāgelij: qđ intelligit in fine diei. Vlī libet ergo incipias: etiā si alia ratio reddi pt:
Joh.19 quomō nō sit cōtra euāgeliū ioānis: vt hora tertia ligno suspēsus intelligat: totū diē primū nō cōprehēdis. Ergo a pte extrema totus cōputabit: sicut tertius a pte prima.
2.Cor.4 Mox enī vsq; ad diluculū: quo dñi resurrectio declarata est: ad tertiū diem ptinet: qz deus q̄ dixit de tenebris lucē clarescere vt p
Eph.5 gratiā nouitestamēti et pticipationē resurrectiōs xpi audirem⁹. Fuistis enī aliqñ tenebre: nūc aūt lux in dño. insinuat nobis quo dāmō q̄ a nocte dies sumat initiū. Dic enī primi dies pter futurū hois lapsuz a luce in noctē. ita isti pter hois reparationē a tenebris ad lucē cōputant. Ab hora ḡ mortis vsq; ad diluculum resurrectionis: horę sunt quadraginta. vt t ipsa hora nona cōnumeret. Cui numero cōgruit etiā vita ei⁹ sup terrā: post resurrectionē in. xl. diebus. Et est iste numerus frequētissim⁹ in scriptu ris: ad insinuādū mysteriū pfectōis in quadriptito mō. Habēt enī quandā pfectionē dece. t ea quater mltiplicata faciūt quadraginta. A vespe aūt sepulture vsq; ad diluculū resurrectōis. xxxvj. horę sūt: q̄ est quadrat⁹ senarius. Refert aūt ad illā rōnē simplī ad duplū: vbi est coaptatiōis maxima cōsonātia. Duodecim enī ad. xxiij. simplo ad duplū ꝓueniūt: et fiunt. xxxvj. nox tota cū die toto t nocte tota. neq; hoc sine illo sacramēto qđ supra memoraui. Mō absurde q̄ppe spīm diei cōparam⁹: corpus autē nocti. Vtricū enī corpus in morte ac resurrectōe et spūs nr̄i figurā: t corpis gerebat exēplū. Etiā sic ergo apparet illa ratio simplī ad duplū in horis. xxxvj. cū. xij. ꝓferūt ad. xxiij. Et horꝝ quidē numeroꝝ causas: cur in scripturis posite sint: pōt alius alias indagare: vel quib⁹ iste q̄s ego reddidi p̄ponēde sint: vel eque ꝓbabiles: vel istis etiā ꝓbabiliores. Frustra tñ eos esse in scripturis positos: et nullas causas esse mysticas: cur illic isti numeri cōmemorēt: nemo tā stultus ineptusq; cōtēderit. Ego aūt q̄s reddidi vel ex ecclesie auctoritate a maiorib⁹ traditas: vel ex diuinaꝝ testimonio scripturaꝝ: vl ex rōne numeroꝝ similitudinūq; collegi. Contra rōnē nemo sobrius: ꝓtra scp̄turas nemo xp̄ian⁹: ꝓtra ecclesiā nemo pacific⁹ senserit.

De signis et p̄figuratiōib⁹ que aduentū dñi p̄cesserūt. Ca. vij.

Hoc sacramētū: hoc sacrificiū: hic sacerdos: hic deus: anteq; missus Gal.4
sicut non singulus dicēs: sed eo verbo ⁊ cū eo verbo quod genuit: atq; ita magnus ea ⁊ cū ea magnitudine quā genuit. Et sic nō alio magn⁹: alio deus: sed eo magnus quo deus: quia nō aliud illi est magnū esse: aliud deū esse: cōsequens est: vt nec deus singulus: sed ea ⁊ cū ea deitate quā genuit: vt sic sit filius deitas patris: sicut sapientia et virtus patrī. ⁊ sicuti est verbū ⁊ imago patris. Et quia non aliud illi est esse: aliud deum esse. ita sit etiā essentia patrī filī⁹: sicuti est verbū ⁊ imago eius. Ac per hoc etiā excepto eo qō pater est: nō sit aliquid pater: nisi quia ē ei filius: vt nō tantū id quod dicitur pater: quod manifestū est eū nō ad se ipm: sed ad filiū relatiue dici: ⁊ ideo patrē quia est ei filius. sed oīno vt sit qō ad seipsum est: ideo sit quia genuit essentiā suam. Sicut eñ magnus est: nō nisi ea quā genuit magnitudine. ita ⁊ ē nō nisi ea quā genuit essentia: qz nō est aliud illi esse: aliud magnū esse. Ita ne igitur pater ē essentie sue: sicut pater est magnitudinis sue. Sicut pater virtutī ac sapiētie sue. eadē q̄ppe ei⁹ magnitudo que virt⁹: ⁊ eadē essentia que magnitudo. Hec disputatio nata ē ex eo: qō scriptum est: christū esse dei virtutem: ⁊ dei sapiētiam. Quapropter in eas angustias sermo coartatur: cum ineffabilia fari cupimus. vt aut dicamus christum nō esse dei virtutem ⁊ dei sapientiam: atq; ita impudēter ⁊ impie resistamus apostolo. aut xp̄m quidem dei virtutē ⁊ dei sapientiā esse fateamur: sed eius patrē non esse patrē virtutī ⁊ sapientie sue: quod nō minus impium ē. Sic eñ nec christi erit pater: quia xp̄us dei virtus ⁊ dei sapientia est. aut nō esse patrē virtute sua potentem: neq; sapiētia sua sapientem: quod quis audeat dicere? aut aliud in patre intelligi esse: aliud sapientē esse vt non hocipso sit quo sapiēs est. quod de anima intelligi solet: que alias īsipiens: alia sapiens est: velut natura mutabilis: ⁊ non sūme perfecteq; simplex. aut patrē nō esse aliquid ad seipm: ⁊ nō solum quod pater est. sed omnino quod est: ad filiū relatiue dici. Quomodo ergo eiusdē essentie filius cuius pater: quādoquidē ad seipsum nec essentia est: nec omnino est ad seipm: ꝯ etiā esse ad filium illi est. Ateñ multomagis vnius eiusdēq; essentie: quia vna eadēq; essentia pater ⁊ filius: quando quidē patri nō ad seipsum est ipm esse: sed ad filium quā essentiam genuit: ⁊ qua essentia est q̄quid est. Veruter ergo ad se est: ⁊ vterq; ad inuicem relatiue dicitur. an pater sol⁹: non solum qō pater dicitur: sed oīno quicquid dicit: relatiue ad filiū dicitur. ille autē dicitur ad patrē ⁊ ad se. ⁊ si ita est: quid dicitur in filio ad se: an ipa essentia? Sed patris essentia est filius: sicut patris virtus: ⁊ sapientia: sicut verbū patris: ⁊ imago patris. aut si essentia dicit ad se filius: pater autem nō est essentia: sed genito? essentie. non est aūt ad seipm: sed hac ipa essentia quā genuit: sicut hac ipa magnitudine magnus quam genuit: ergo ⁊ magnitudo dicit ad se filī⁹: ergo ⁊ virtus ⁊ sapiētia ⁊ verbū ⁊ imago. Quid autē absurdius q̄ imaginem ad se dici? aut si non idipm est imago ⁊ verbum quod est virtus ⁊ sapiētia: sed illa relatiue dicūtur: hec autem ad se non ad aliud incipit non ea sapientia quam genuit: sapiens esse pater: quia non pōt ipe ad eam relatiue dici: ⁊ illa ad eum relatiue non dici. omnia eñ que relatiue dicunt ad inuicem dicuntur. Restat itaq;: vt etiam essentia filī⁹ relatiue dicatur ad patrē. Ex quo conficitur inopinatissimus sensus: vt ipa essentia non sit essentia: vel certe cum dicitur essentia: nō essentia sed relatiuū indicetur: quomodo cum dicitur dominus: non essentia indicatur: sed relatiuum quo refert ad seruum. Cum autē homo dicitur vel aliquid tale: quod ad se non ad aliud dicitur: tunc indicatur eēntia. homo ergo cū dominus dicitur: homo essentia est. dominus vero relatiue dicitur. homo enim ad se dicitur: dominus ad seruum. hoc autē vnde agimus: si essentia ipa relatiue dicitur: essentia ipsa non est essentia. Huc accedit. quia omnis essentia que relatiue dicitur: est etiā aliq̄d excepto relatiuo: sicut homo dominus: homo seru⁹: ⁊ equus iumentum: ⁊ numm⁹ arra. homo ⁊ equus ⁊ nummus ad se dicuntur: ⁊ substantie sunt vel essentie. dominus vero ⁊ seruus ⁊ iumentum ⁊ arra: ad aliq̄d relatiue dicuntur. Sed si nō esset homo. id est aliqua substantia: non esset qui relatiue dominus diceretur. Et si non esset equus quedam essentia: non esset quod iumentū relatiue diceretur. Ita si nūmus non esset aliq̄ substantia: nec arra posset relatiue dici. Quapropter si ⁊ pater non est aliq̄d ad seipsum: non est omnino qui relatiue dicatur ad aliquid. Non enim sicut ad aliquid coloratum refertur color eius: nec oīno ad se dicitur color: sed semp alicuius coloratī

est. Illud aũt cuius color ẽ etiã si eo q̃ colorati dicitur ad colorem refertur: tamẽ id quod corp⁹ dicitur ad se dicit. Nullo modo ita putandũ est patrem nõ dici aliquid ad seipm: sed quicquid dicit ad filiũ dici. Eundẽ vero filiũ t ad seipm dici t ad patrẽ. Cũ dicit magnitudo magna: t virtus potens: vtiq; ad seipm: t magnitudo atq; virt⁹ magni t potẽtl patrl: q̃ pater magn⁹ t potẽs est. Non g̃ ita: ꝟ vtrũq; substantia: t vtrũq; vna substantia. Sicut aũt absurdũ est dicere cãdidũ nõ esse cãdorẽ: sic absurdũ ẽ dicere sapientẽ nõ esse sapientiã. Et sicut candor ad seipm candidus dicitur: ita t sapiẽtia ad seipam dicitur sapiens. Sed candor corporis nõ est essentia: quoniam ipm corpus essentia est: t illa ei⁹ qualitas. vnde t ab ea dicitur candidũ corpus: cui non hoc est esse quod candidũ esse. Aliud eñ ibi forma t aliud color: t vtrũq; nõ in seipso: sed in aliqua mole. Que moles nec forma nec color ẽ: sed formata t colorata. Sapientia vero t sapiẽs est. Et quoniã q̃cunq; anima participatione sapiẽtie fit sapiens: si rursus desipiat: manẽt tamen in se sapientia. Nec cũ anima fuerit in stulticiã cõmutata illa mutatur: nõ ita est in eo qui ex ea fit sapiens: quẽadmodum candor in corpore quod ex illo candidum est. Cum eñ corpus in alium colorẽ fuerit mutatuz: non manebit candor ille: sed oino esse desinet. Qz si t pater qui genuit sapientiam ex ea fit sapiẽs. neq; hoc est illi esse qõ sapere: qualitas eius est filius nõ proles eius: t nõ ibi erit iam summa simplicitas. Sed absit vt ita sit: quia vere ibi est summe simplex essentia: hoc ergo est ibi esse qõ sapere. Qz si hoc est ibi esse qõ sapere: nõ per illã sapiẽtiam quam genuit sapiens est pater: alioquin nõ ipe illam: sed illa eũ genuit. Quid enim aliud dicimus cum dicimus hoc illi est esse qõ sapere: nisi eo est quo sapiẽs est. Quapropter que causa illi ẽ vt sapiẽs sit: ipa illi causa est vt sit. pronde si sapientia quã genuit causa illi est vt sapiens sit: etiã vt sit: ipsa illi causa est. Quod fieri non potest: nisi gignendo eum aut faciendo. Sed neq; genitricẽ neq; ꝓditricẽ patrl vllo modo quisq; dixerit sapientiã. Quid enim est insanius: Ergo t pater ipa sapiẽtia est. Et ita dicitur filius sapientia patris: quomodo dicitur lumen patris. id est vt quemadmodum lumen de lumine: t vtrunq; vnum lumen. sic intelligatur sapientia de sapiẽtia t vtrunq; vna sapientia: ergo t vna essentia: quia hoc est ibi esse qõ sapere. Qõ eñ est sapientie sapere: t potentie posse: t eternitati eternam esse: iusticie iustam esse: magnitudini magnam esse. hoc est essentie ipsũ eẽ. Et qz in illa simplicitate nõ est aliud sapere q̃ esse: eadẽ ibi sapiẽtia q̃ essentia.

Ea que patris et filij essentiam significant non esse relatiua: quia quicq̃d ad se nõ ad aliquid dicit simul ambo sunt.

Pater igitur t filiꝰ simul vna essentia: t vna magnitudo: t vna veritas: t vna sapiẽtia. Sed nõ pater t filius simul ambo vnũ verbũ: quia non simul ambo vnus filius. Sicut eñ filius ad patrẽ refertur: non ad seipm dicit. ita t verbum ad eum cui⁹ verbũ est refertur: cum dicitur verbuz. Eo quippe filius quo verbũ: t eo verbum quo filius. Quoniã igitur pater t filius simul non vtiq; vnus filius: cõsequẽs est: vt pater t filius simul nõ ambo vnum verbũ. Et ꝓpterea non eo verbum quo sapientia: quia verbũ non ad se dicit: sed tantum relatiue ad eũ cuius verbũ est: sicut filius ad patrem. Sapientia vero eo quo essentia. Et ideo quia vna eẽntia: vna sapientia. Quoniã vero t verbũ sapientia est: sed nõ eo verbũ quo sapientia. Verbũ eñ relatiue: sapientia essentialiter intelligitur: id dici accipimus cũ dicit verbum. ac si dicatur nata sapientia: vt sit t filiꝰ t imago. Et hec duo cũ dicuntur. id est nata sapientia in vno eorũ eo q̃ nata est t verbũ t imago t filius intelligatur: t in his omnibus nominibus nõ ostendatur essentia: qz relatiue dicunt. At in altero quod est sapientia: quoniam t ad se dicitur. seipa enim sapiens est: etiam essentia demonstretur: et hoc eius eẽ qõ sapere. Unde pater t filius simul vna sapiẽtia: quia vna essentia: t sigillatim sapientia de sapientia: sicut essentia de essentia. Quapropter nõ quia pater non est filius: t filius non est pater: aut ille ingenitus: ille aũt genit⁹. ideo nõ vna essentia: quia his nominibus relatiua eorũ ostẽdunt. Uterq; aũt simul vna sapiẽtia: t vna eẽntia: vbi hoc est esse qõ sapere. nõ aũt sit vterq; verbũ aut filius: qz nõ hoc ẽ esse qõ verbũ: aut filium esse: sicut iam satis ostendimus ista relatiue dici.

De sapientia a deo genita vel creata.

Cur ergo in scripturis nūq̄ fere de sapiētia quicq̄ dicitur: nisi vt ostē datur a deo genita vel creata: genita scilicet per quā facta sunt omnia. creata vero vel facta: sicut in hominibus cū ad eam que nō creata ⁊ facta: sed genita ē cōuertunt ⁊ illustrant. In ipis eñ fit aliquid quod vocetur eoꝝ sapientia: vel illud scripturis p̄nunciantibus aut narrantibus qō
Joh.j verbū caro factū est ⁊ habitauit in nobis: hoc modo eñ xp̄s facta sapientia est: quia factus est homo. An ꝓpterea non loquit in illis libris sapientia: vel de illa dicitur aliquid: nisi q̄ eā de deo natam ostendat: aut factam: cuius sit ⁊ pater ipe sapientia: quia illa nobis sapientia cōmendāda erat ⁊ imitanda: cui⁹ imitatione formamur. Pater eñ eam dicit vt verbū eius sit: non quomō profertur ex ore verbū sonans: aut ante p nunciationē cogitatur. Spacijs eñ tēpoꝝ hoc completur. illud aūt eternum est: ⁊ illuminando dicit nobis ⁊ de se ⁊ de patre: qō
Matb.jj dicendum est hominibus. Ideoq̄ ait: Nemo nouit filiuꝫ nisi pater: ⁊ nemo nouit patrem nisi filius: ⁊ cui voluerit filius reuelare: quia ꝑ filium reuelat pater. id est q̄ verbum suum. Si enim hoc verbū quod nos proferim⁹ temporale ⁊ transitoriū: ⁊ seip̄m ostendit: ⁊ illud de quo loquimur: quanto
Joh.j magis verbū dei: per quod facta sunt omnia: quod ita ostendit patrē sicuti ē pater: quia ⁊ ip̄m ita est: ⁊ hoc est quod pater secundum q̄ sapientia est: ⁊ essentia. nam secundum q̄ verbū: non hoc est qō pater: qꝛ verbum nō est pater: ⁊ verbum relatiue dicitur sicut filius: quod vtiq̄ non pater. Et ideo xp̄s virtus ⁊ sapientia dei: quia de patre virtute ⁊ sapientia: etiā ipe virtus ⁊ sapientia est. sicut lumen dei ō patre lumine: ⁊ fons vite apud deum patrē: vtiq̄ fontez
Ps.35 vite. Quoniā apud te inquit propheta est fons vite: ⁊ in lumine tuo videbim⁹ lumē:
Joh.5 quia sicut pater habet vitam in semetipso: sic dedit filio habere vitam in semetipo. et
Ibidē.j erat lumen verū quod illuminat omnē hominem venientē in hunc mundū: ⁊ lumen hoc verbū erat apud deuz: sed ⁊ deus erat
j.Joh.j verbum: Deus aūt lumen est: ⁊ tenebre in eo non sunt vlle. lumen vero non corporale sed spiritale. Neq̄ ita spiritale vt illuminatiōe factum sit: quemadmodū dictū est
Matb.5 apostolis: Vos estis lumen mundi: sed lumen quod illuminat omnem hominez. Ea ipa ⁊ summa sapientia de⁹. vnde nunc agimus. Sapientia vero filius de sapiētia patre: sicut lumen de lumine: ⁊ deus de deo: vt ⁊ singulus pater lumen: ⁊ singulus filiꝰ lumen: ⁊ singulus pater deus: ⁊ singulus filius deus. ergo ⁊ singulus pater sapiētia ⁊ singulus filius sapientia. Et sicut vtriq̄ simul vnū lumē ⁊ vnus deus: sic vtriq̄ vna
j.Cor.j sapientia. Sed filius factus est nobis sapientia a deo: ⁊ iusticia ⁊ sanctificatio: quia temporaliter nos ad illum conuertimur. id est ex aliquo tempore: vt cū illo maneam⁹ ineternū. Et ipe ex quodam tempore ver-
Joh.j bum caro factum est: ⁊ habitauit in nobis. Propterea igit cū ꝓnunciat in scripturis aut narratur aliquid de sapientia siue dicē te ipa: siue cum de illa dicitur: filius nobis potissimū insinuat. Cuius imaginis exemplo ⁊ nos non discedamus a deo: qꝛ ⁊ nos imago dei sumus. Nō quidem equalis. facta quippe a patre per filium: non nata de patre: sicut illa. Et nos quia illuminamur lumine: illa vero quia lumen illuminās: et ideo illa sine exemplo nobis exemplū est. Neq̄ eñ imitatur precedentē aliquem ad patrem a quo nunq̄ est oīno separabilis: quia idip̄um est quod ille de quo est. Nos autē nitentes imitamur manētem: ⁊ sequimur stantem. Et in ipo ambulantes tendimus ad ip̄m: quia factus est nobis via tēporalis ꝑ humilitatem: que mansio nobis eterna est per diuinitatē. Quoniaꝫ quippe spiritib⁹ mūdis intellectualib⁹ qui supbia nō lapsi sunt: in forma dei: ⁊ deo eq̄lis ⁊ de⁹ ꝑbet exēplū: vt se idē exēplū redeundi etiā lapso preberet homini: qui ꝓpter immūditiam peccatoꝝ penāq̄ mortalitatis deum
Phil.2 videre non poterat: semetip̄m exinanuit: non mutando diuinitatē suam: sed nostrā mutabilitatem assumendo: ⁊ formam serui
j.Thi.j accipiēs: venit ad nos in hunc mundum:
Joh.j qui in hoc mundo erat: quia mundus ꝑ eū factus est: vt exemplū sursum videntibus deum: exemplū deorsum mirantibus hominem. Exemplum sanis ad permanenduz: exemplum infirmis ad conualescendum. exemplum morituris ad non timendū. exemplum mortuis ad resurgendum esset: in
Colo.j omnib⁹ ipe primatum tenens. Quia enim homo ad beatitudinem sequi nō debebat nisi deum: ⁊ sentire non poterat deum: sequendo deum hominē factum sequeretur simul: ⁊ quē sentire poterat ⁊ quē sequi deberet. Amemus ergo eum ⁊ inhereamus illi: caritate diffusa in cordibus nostris per
Roma.5

ſpiritumſanctū qui datus eſt nobis. Non igitur mirū ſi propter exemplum quod nobis vt reformaremur ad imaginem dei prebet imago equalis patri: cū de ſapiētia ſcriptura loquitur: de filio loquitur quē ſequimur viuendo ſapienter: cuius ⁊ pater ſit ſapientia ſicut lumen: ⁊ deus. Spiritꝰ quoq; ſanctus ſiue ſumma caritas vtrūq; coniungens: noſq; ſubiungēs. Quod ideo nō indigne dicitur quia ſcriptū eſt: deus caritas eſt: quomodo non eſt etiam ſapientia: cuz ſit lumē: quoniā deus lumen eſt. ſiue ergo hoc modo ſiue alio mō eſſentia ſpūſſancti ſigillatim ac proprie nominānda eſt qñ deus eſt: vtiq; lumē eſt. Et quoniā lumē eſt: vtiq; ſapientia eſt. Deum aūt eſſe ſpiritū ſanctum: ſcriptura clamat apud apoſtolū qui dicit: Neſcitis quia templuz dei eſtis: ſtatimq; ſubiecit: ⁊ ſpiritꝰ dei habitat in vobis. Deus eñ habitat in templo ſuo. Nō enim tanq; miniſter habitat ſpiritus dei in templo dei. cum alio loco euidētius dicat: Neſcitis quia corpora veſtra templum in vobis eſt ſpiritusſancti quē habetis a deo: et non eſtis veſtri. empti enim eſtis precio magno. glorificate et portate deum in corpore veſtro. Quid eſt autem ſapientia niſi lumen ſpirituale et incōmutabile? Eſt eñ ⁊ ſol iſte lumen ſed corporale eſt: ⁊ ſpiritalis creatura lumen: ſed nō incōmutabile. Lumen ergo pater: lumen filius: lumen ſpiritusſanctus. Simul autez non tria lumina: ſed vnū lumen. Et ideo ſapientia pater: ſapientia filius: ſapiētia ſpiritusſanctus: ⁊ ſimul non tres ſapientie: ſed vna ſapiētia. ⁊ quia hoc eſt ibi eſſe qđ ſapere. vna eſſentia pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus. Nec aliud eſt ibi eē q̄ deū eſſe. Vnus ergo deus: pat̄ ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus.

i. Joh. 4

i. Cor. 3

i. Cor. 6

Quid vel a grecis vel a latinis neceſſe fuerit dici de ineffabili trinitate.

Ca. iiij

Tacq; loquēdi cauſa de ineffabilibus vt fari aliquo modo poſſim⁹ qđ effari nullomō poſſum⁹: dictū eſt a noſtris greci vna eſſentia: tres ſubſtātie. a latinis aūt vna eſſentia vel ſubſtātia: tres perſone: quia ſicut iam dixim⁹: non aliter in ſermone noſtro. id eſt latino eſſentia q̄ ſubſtātia ſolet intelligi. Et dū intelligat ſaltē in enigmate qđ dicit: placuit ita dici vt diceret aliquid cū quereret q̄d tria ſint: q̄ tria eſſe fides vera pnūciat: cū ⁊ patrē nō dicit eſſe filiū: ⁊ ſpiritū ſanctū qđ eſt donū dei nec patrē dicit eſſe nec filium. Cū ergo querit quid tria: vel q̄d tres: oferimus nos ad inueniendū aliqđ ſpeciale vel generale nomen quo cōplectamur hec tria: neq; occurrit aliō quia excedit ſupeminētia diuinitatis vſitati eloquij facultatē. Ueri⁹ eñ cogitatur deus q̄ dicitur: ⁊ veri⁹ eſt q̄ cogitat. Luz eñ dicimus: nō eundē eſſe iacob qui eſt abraā. iſaac aūtē nec abraā eſſe nec iacob: tres eſſe vtiq; fatemur abraā: iſaac: ⁊ iacob. Sed cū queritur q̄d tres: reſpōdemus tres homines nomine ſpeciali eos pluraliter appellantes: generali aūt ſi dicamus tria animalia. homo eñ ſicut veteres diffinierunt: animal eſt rationale: mortale. Aut ſicut ſcripture noſtre loqui ſolent: tres animas cū a parte meliore totū appellari placet. id eſt ab anima: cū corpus ⁊ anima ſit totus homo. Ita quippe dictū eſt in egyptum deſcēdiſſe cū iacob animas ſeptuaginta quinq; pro tot hominibus. Item cū dicimus equū tuū nō eū eſſe qui me⁹ eſt: ⁊ tertiū alicuius alteri⁹: nec meū eſſe nec tuū: fatemur tres eſſe. Et interrogāti quid tres: reſpondem⁹ tres equos nomine ſpeciali: generali aūt tria animalia. Itē cū dicim⁹ bouem non eſſe equū: canē vero nec bouem eſſe nec equū: tria quedā dicim⁹. ⁊ pcunctantib⁹ quid tria: nō iā ſpeciali nomine dicimus tres equos: aut tres boues: aut tres canes: quia nō eadē ſpecie cōtinentur: ſed generali tria aialia: ſiue ſuperiore genere tres ſubſtātias: vel tres creaturas: vel tres naturas. Quecūq; autem plurali numero enūciant: ſpecialiter vno nomine: etiā generaliter enūciari poſſunt. Nō aūt oia que generaliter vno nomine appellantur: etiaz ſpecialit̄ appellare vno nomine poſſum⁹. Nā tres equos quod eſt nomē ſpeciale: etiam animalia tria dicim⁹. Equū vero ⁊ bouem: ⁊ canē: animalia tria tm̄ dicimus vel ſubſtātias que ſunt generalia nomina: ⁊ ſi q̄d aliud de his generaliter dici pōt. Tres vero equos: aut boues: aut canes q̄ ſpecialia vocabula ſūt: nō ea poſſum⁹ dicere. Eaq̄ppe vno nomine q̄uis pluraliter enūciamus: que cōiter habēt illud qđ eo nomine ſignificat. Abraā q̄ppe ⁊ iſaac: ⁊ iacob: cōe habent id qđ eſt homo. Itaq; dicunt tres homines. Equus quoq; ⁊ bos ⁊ canis: cōmune habent id quod eſt animal. Dicunt ergo tria animalia. Ita tres aliquas lauros: etiā tres arbores dicimus: laurum vero et mirtum: et oleam: tantū tres arbores

vel tres substantias: aut tres naturas. atq; ita tres lapides: etiã tria corpora. lapidem vero ꝛ lignũ ꝛ ferrum: tantũ tria corpora. vel si quo etiam superiore generali nomine dici possunt. ¶ Pater ꝝ ꝛ filius ꝛ spiritussanctus quoniã tres sũt: quæramus quid tres sunt: ꝛ quid cõmune habeant. ¶ Non enĩ cõmune illis est id qõ pater est: vt inuicẽ sibi sint patres: sicut amici: cum relatiue ad alterutrum dicantur: possunt dici tres amici q; inuicem sibi sunt. ¶ Non autẽ hoc ibi: qꝛ tantum pater ibi pater: nec duorum pater: sed vnici filij. ¶ Nec tres filij: cum pater ibi nõ sit filiꝰ nec spiritussanctus. ¶ Nec tres spiritussancti: quia ꝛ spiritussanctus ꝓpria significatione qua etiam donum dei dicit nec pater nec filius. Quid igitur tres? Si enim tres persone: cõmune est eis id quod persona est: ergo speciale hoc: aut generale nomen est eis: si cõsuetudinẽ loquendi respicimus. Sed vbi est nature nulla diuersitas: ita ibi generaliter enunciantur aliqua plura vt etiam specialiter enũciari possint. ¶ Nature enim differentia facit: vt laurus et mirtꝰ: ꝛ olea: aut equꝰ: aut bos: aut canis. non dicantur speciali nomine: iste tres lauri: aut illi tres boues. ꝙ generali: vt iste tres arbores: ꝛ illa tria animalia. ¶ Hic vero vbi nulla est essentie diuersitas: oportet vt speciale nomen habeant hec tria: quod tamẽ nõ inuenitur. ¶ Nam persona generale nomẽ est: intantum vt etiã homo possit hoc dici: cũ tantum intersit inter hominem ꝛ deum. ¶ Deinde in ipo generali vocabulo: si propterea dicimus tres personas: quia cõmune est eis id quod persona est. ¶ Alioquin nullo modo possunt ita dici: quẽadmodũ non dicuntur tres filij: quia non commune est eis id quod est filius: cur non etiã tres deos dicimus. certe enĩ quia pater persona: ꝛ filius persona: ꝛ spũssanctus pson̄a: ideo tres persone. Quia ergo pater deus: ꝛ filiꝰ deus: ꝛ spiritussanctus deus: cur non tres dij: ¶ Aut qñ propter ineffabilẽ coniunctionem hec tria simul vnus deus: cur non etiã vna persona: vt ita non possimus dicere tres personas: ꝙuis singulam quãq; appellemus personam. quẽadmoduz nõ possumus dicere tres deos: ꝙuis quẽq; singuluz appellemus deũ: siue patrem: siue filium: siue spiritũsanctũ. ¶ An quia scriptura nõ dicit tres deos: sed nec tres personas alicubi scripturã cõmemorare iuenimꝰ. ¶ An quia nec tres: nec vnã personam scriptura dicit hec tria. Legimus enĩ personam domini: non personam dominum: propterea licut loquendi ꝛ disputãdi necessitate tres personas dicere. non quia scriptura dicit: sed qꝛ scriptura non contradicit. Si aũt diceremus tres deos: contradiceret scriptura dicẽs: Audi israel: dominus deus tuus deus vnus est. Deut. 6 ¶ Cur ergo ꝛ tres essentias non licet dicere: quod similiter scriptura sicut non dicit: ita nec cõtradicit. ¶ Nam essentia si speciale nomen est cõmune tribus: cur nõ dicant tres essentie: sicut abraã: isaac: ꝛ iacob: tres homines. quia homo speciale nomẽ est commune omnibꝰ hominibꝰ. Si autẽ speciale nomẽ non est essentia sed generale: qꝛ homo ꝛ pecus ꝛ arbor ꝛ sidus ꝛ angelus dicitur essentia: cur nõ dicuntur iste tres essentie: sicut tres equi dicũtur tria animalia: et tres lauri dicunt̃ tres arbores: ꝛ tres lapides tria corpora? ¶ Aut si propt̃ vnitatẽ trinitatis non dicuntur tres essentie sed vna essentia: cur non propter eandẽ vnitatem non dicũtur tres substantie: vel pson̄e: sed vna substãtia ꝛ vna pson̄a. Qꝛ enim est illis cõmune nomen essentie: ita vt singulus quisq; dicat essentia: tam illis cõmune est vel substãtie vel pson̄e vocabulũ. Quod enĩ de pson̄is secundũ nostrã: hoc de substantijs scõm grecoꝝ consuetudinẽ ea que diximus oportet intelligi. Sic enĩ dicũt illi tres substantias vnã essentiam: quemadmodũ nos dicimus tres psonas vnã essentiã vel substantiã. Quid igit̃ restat: nisi vt fateamur loquẽdi necessitate parta hec vocabula: cũ opus esset copiosa disputatiõe aduersum insidias vel errores hereticorũ? ¶ Cũ enĩ conaretur humana inopia loq̃ndo ꝓferre ad hominũ sensus: qõ in secretario mẽtis ꝓ captu tenet: de domino deo creatore suo: siue p piam fidẽ: siue p qualẽcunq; intelligẽtiã: timuit dicere tres essentias: ne intelligeret̃ in illa sũma equalitate vlla diuersitas. ¶ Rursus nõ eẽ tria quedã: nõ poterat dicere qõ sabellius. qꝛ dixit: in heresim lapsus est. ¶ Certissime q̃ppe ꝛ de scripturis cognoscit̃ qõ pie credendũ est: ꝛ aspectu mẽtis indubitata ꝙceptione pstringit̃: ꝛ patrem esse ꝛ filium ꝛ spiritumsanctũ: nec eundem filium esse qui pater est: nec spiritumsanctum eundem patrem esse vel filiũ. Quesiuit quid tria diceret: et dixit substantias siue personas: quibus nominibus nõ diuersitatem intelligi voluit: sed singularitatem voluit: vt non solũ ibi vnitas intelli-

gatur: ex eo ꝙ dicitur vna essentia. Sed et trinitas: ex eo ꝙ dicũtur tres substantie vl' persone. Nam si hoc est deo esse qđ subsistere: ita non erant dicende tres substãtie: vt non dicuntur tres essentie: quẽadmodum quia hoc est deo esse qđ sapere: sicut nõ tres essentias: ita nec tres sapientias dicimus. Sic enim quia hoc illi ẽ deum esse qđ est esse: tam tres essentias q̃ꝫ tres deos dici fas non est: Si autem aliud est deo esse: aliud subsistere: sicut aliud deo esse: aliud patrẽ esse vel dominum esse. quod enim est ad se dicitur. pater autẽ ad filium: ⁊ domim⁹ ad seruientem creaturã dicitur: relatiue ergo subsistit: sicut relatiue gignit: ⁊ relatiue dominatur. Ita iam substantia nõ erit substãtia: quia relatiuum erit. Sicut enim ab eo qđ est esse appellat̃ essentia: ita ab eo qđ est subsistere substantiam dicimus. Absurdum est autem: vt substantia relatiue dicatur. Omnis enim res ad seipsam subsistit: quantomagis deus. Si tamẽ dignum est: vt deus dicatur subsistere.

De substantia et essentia. Capitulum. v

De his eñ rebus recte intelligitur: in quibus subiectis: sunt ea que in aliquo subiecto esse dicũtur: sicut color aut forma in corpore. Corpus enim subsistit: ⁊ ideo substantia est. Illa vero in subsistente atq̃ subiecto corpore: que non substantie sunt: sed in substãtia. ⁊ ideo si esse desinat: vl' ille color: vl' illa forma: nõ adimunt corpori esse corpus: quia non hoc ei est esse: qđ illam vel illam formã colorẽ ve retinere. Res vero mutabiles neq̃ simplices proprie dicuntur substantie. Deus autem si subsistit vt substãtia proprie dici possit: inest in eo aliquid tanq̃ꝫ in subiecto: et nõ est simplex: cui hoc sit esse quod illi est. ⁊ quicquid aliud đ illo ad illum dicitur: sicut magnus: omnipotẽs: bonus: ⁊ si quid huiusmodi de deo nõ incõgrue dicitur. Nefas est autem dicere vt subsistat: ⁊ subsit deus bonitati sue: atq̃ illa bonitas non substantia sit vel potius essentia: neq̃ ip̃e deus sit bonitas sua: ꝫ in illo sit tanq̃ꝫ in sb̃iecto. Unde manifestum est deũ abusiue substantiam vocari: vt nomine vsitatiore intelligatur essentia: quod vere ⁊ ꝓprie dicitur: ita vt fortasse solum deum dici oporteat essentiam. Est eñ vere solus: qui incõmutabilis est: idq̃ nomen suũ famulo suo moysi enũtiauit: cum ait: Ego sum qui sum: Et dices ad eos: qui est misit me ad vos. Sed tamẽ siue essentia dicatur quod proprie dicitur: siue substantia quod abusiue: vtrũq̃ ad se dicitur: nõ relatiue ad aliquid. Unde hoc est deo esse quod subsistere. ⁊ ideo si vna essentia trinitas: vna etiam substãtia. fortassis igitur cõmodius dicũtur tres persone: q̃ꝫ tres substantie. Exo. 3

De tribus personis vnius essentie. Ca. vj

Sed ne vobis videar suffragari: h̃ quoq̃ requiramus. Quãquã ⁊ illi si vellent sicut dicunt tres substantias: tres hypostases: possent dicere tres personas: tria prosopa. Illud aũt maluerunt: quod forte secundũ lingue sue consuetudinem aptius diceretur. Nãq̃ ⁊ in personis eadẽ ratio est. Nõ enim aliud est deo esse: aliud personã eẽ: sed omnino idem. Nam si esse ad se dicitur: persona vero relatiue: sic dicamus tres personas patrẽ ⁊ filium ⁊ spiriumsanctũ: quẽadmodum dicũtur aliqui tres amici: aut tres propinqui: aut tres vicini: ꝙ sint ad inuicem: nõ ꝙ vnusquisq̃ eorum sit ad seip̃m. Quapropter quilibet ex eis amicus est duorũ ceterorum: aut ꝓpinquus: aut vicinus: quia hec nomina relatiuam significationem habent. Quid ergo nõ placet vt dicamus patrẽ personam esse filij: ⁊ spiritussancti: aut filium personã esse patris ⁊ spiritussancti: aut spiritũsanctum personam eẽ patris ⁊ filij: Sed neq̃ ꝑsona ita dici alicubi solet: neq̃ in hac trinitate cũ dicimus personam patris: aliud dicimus q̃ꝫ substantiam patris. Quocirca vt substantia patris ip̃e pater est: non quo pater est: sed quo est. ita ⁊ ꝑsona patris: nõ aliud q̃ꝫ ip̃e pater est. ad se quippe dicitur ꝑsona: nõ ad filium: vel spiritumsanctũ. sicut ad se dicitur deus: ⁊ magnus: ⁊ bonus: ⁊ iustus: ⁊ si quid aliud huiusmõi. Et quẽadmodum hoc illi ẽ esse ꝙ deum esse: ꝙ magnũ: ꝙ bonum esse. ita hoc illi ẽ esse: ꝙ personam esse. Cur ergo nõ hec tria simul vnã ꝑsonam dicim⁹: sicut vnam essentiã ⁊ vnũ deum. sed tres dicimus ꝑsonas: cum tres deos: aut tres essentias non dicam⁹: nisi qꝛ volumus: vl' vnũ aliquod vocabulum seruire huic significationi qua intelligitur trinitas: ne omnino taceremus interroganti: quid tres: cum tres esse fateremur? Nam si genus est essentia. species autẽ substan-

tia siue persona: vt nōnulli sentiunt: omitto illud quod iam dixi: oportere appellare tres essentias: vt appellantur tres substātie vel persone. sicut appellātur tres equi eademq; animalia tria: cū sit species equus: animal gen⁹. Neq; eñ species ibi pluraliter dicta est: ⁊ genus singulariter: tanq; diceretur tres equi vnū animal. sed sicut tres equi speciali nomine: ita tria animalia generali nomine. Qz si dicūt substātie: vel psone nomine non speciē significari: sed aliquid singulare atq; indiuiduū: vt substantia vel psona: nō ita dicaī sicut dicīt homo quod cōmune est omnibus hominib⁹. Ex quomō dicitur hic homo: velut abraam: velut isaac: velut iacob: vel si quis alius q̄ etiam digito presens demōstrari possit. sic quoq; illos eadē ratio psequet. Sicut eñ dicuntur abraam: isaac ⁊ iacob tria indiuidua. ita tres homines: ⁊ tres anime. Cur ḡ pater ⁊ filius ⁊ spiritussanct⁹: si secundū genus ⁊ speciem ⁊ indiuiduū etiā ista differimus: non ita dicuntur tres essentie vt tres substātie seu persone: sed hec vt dixi omitto. Illud dico: si essentia genus est: vna essentia iam non habet species. sicut quia genus est animal: vnū animal iam nō habet species. Non sunt ergo tres species vnius essentie: pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus. Si aūt species est essentia: sicut species est homo. tres vero ille quas appellam⁹ substantias siue personas. sic eandē speciē cōmuniter habent: quēadmodū abraam ⁊ isaac ⁊ iacob. speciem que homo dicitur cōmuniter habent. nō sicut homo subdiuidīt in abraam: isaac: ⁊ iacob. ita vnus homo ⁊ in aliquos singulos homines subdiuidi pōt. oīno enim non potest: quia vnus homo iā singulus homo est. Cur ergo vna essentia in tres substantias vel personas subdiuidīt: Nam si essentia species ē sicut homo: sic ē vna essentia sicut vn⁹ homo: an sicut dicimus aliquos tres homines eiusdē sexus: eiusdē tēperationis corporī: eiusdēq; animi vnā esse naturam. tres eñ sunt homines: sed vna natura. Sic etiā ibi dicimus tres substantias vnā essentiā: aut tres psonas vnā substantiā vel essentiā. Hoc vero vtcunq; simile est: quia ⁊ veteres qui latine locuti sunt: anteq; haberēt ista nomina: que nōdiu est vt in vsum venerunt. id est essentiam vel substantiā pro his naturā dicebant. Nō itaq; secundū genus ⁊ species ista dicimus: sed quasi scōm cōmunē eandēq; materiem. Sicut ex eodem auro si fierent tres statue: dicerem⁹ tres statuas vnū aurum. nec tamē diceremus genus aurū: species autē statuas. nec aurum speciē: statuas vero indiuidua. Nulla quippe species indiuidua sua transgreditur: vt aliquid extra cōprehendat. Cū eñ diffiniero quid sit homo: quod est nomen speciale: singuli quiq; homines qui sūt indiuidua eadē diffinitione cōtinētur. nec aliquid ad eā pertinet quod homo non sit. Cū vero aurū diffiniero: nō sole statue si auree fuerint: sed ⁊ anuli: ⁊ si quid aliud de auro fuerit ad aurum ptinebit: ⁊ si nihil inde fiat: aurum dicitur: quia etiā si nō sint auree: nō ideo nō erūt statue. Item nulla species excedit diffinitionē generis sui. Cū eñ diffiniero animal: quoniā generī huius species est equ⁹: omnis equus animal est. nō aūt statua oīs aurum est. Ideo q̄uis in tribus statuis aureis: recte dicam⁹ tres statuas vnum aur: non tamē ita dicimus vt genus aurū: species vero statuas intelligamus. Nec sic ergo trinitatē dicimus tres personas vel substantias: vnam essentiam ⁊ vnū deum: tanq; ex vna materia tria quedā subsistāt: etiā si quicq̄d illud est: in his tribus explicatur sit. Non eñ aliquid aliud eius essentie est: preter istā trinitatem: tamen tres personas eiusdē essentie vel tres personas vnā essentiam dicimus. tres autē personas ex eadē essentia non dicimus: quasi aliud ibi sit qō essentia est: aliud quod persona. sicut tres statuas ex eodē auro possumus dicere. Aliud eñ illic est esse aurū: aliud esse statuas. Et cū dicuntur tres homines vna natura: vt tres homines eiusdē nature: possunt etiam dici tres homines ex eadē natura: qz ex eadē natura: ⁊ alī tres homines pñt existere. In illa vero essentia trinitatis: nullo mō alia q̄libet psona ex eadē eēntia pōt existere. Deinde in his rebus nō tantū est vnus homo: quantū tres homines simul. Et pl⁹ sūt aliquid homines duo: q̄ vnus homo. Et in statuis equalib⁹ plus auri est tres simul: q̄ singule statue. ⁊ minus auri est vna q̄ due. At in deo nō ita est. Nō eñ maior essentia est pater ⁊ filius ⁊ spiritussanct⁹ simul q̄ solus pater aut fili⁹. Sed tres simul ille substātie siue psone si ita dicende sunt: equales sunt singulis: quod animalis homo nō percipit: Nō eñ potest cogitare nisi moles ⁊ spacia: vel minuta vel grandia volitantibus in aio eius phātasmatib⁹: tanq; i. Cor. 2

imaginib⁹ corpoꝝ. Ex qua īmunditia do
nec purget: credat in patrem ⁊ filiū ⁊ spiri
tūsanctum: vnum deum: solum: magnum
omnipotentē: bonū: iustum: misericordē:
omnium visibiliū ⁊ invisibiliū cōditorem.
⁊ quicq̄d de illo ꝓ humana facultate digne
vereq; dici potest. Neq; cū audierit patrē
solum deū: separet inde filium: aut spiritū
sanctū. Cum eo quippe solus de⁹: cū quo ⁊
vnus de⁹ est: qz ⁊ filiū cū audimus solū de
um sine vlla separatione patris aut spirit⁹
sancti oportet accipere: atq; ita dicat vnā
essentiā: vt nō existimet aliud alio vel mai⁹
vel melius: vl' ex aliqua parte diuersū. Nō
tñ vt pater ipse sit ⁊ filius ⁊ spūssanctus: et
quicq̄d aliud ad alterutrū singula dicunt.
sicut verbum quod nō dicit nisi filius: aut
donū quod nō dicit nisi spūssanct⁹. ꝓpter
quod etiam pluralē numerū admittunt: si
Joh.jo cut in euangelio scriptum est: Ego ⁊ pater
vnū sumus. Et vnū dixit: ⁊ sumus. Unū
scōm essentiā qō idem deus. sumus secun
dum relatiuū: quod ille pater: hic fili⁹. Ali
Ibidē.j4 quādo ⁊ tacetur vnitas essentie: ⁊ sola plu
raliter relatiua cōmemorantur. Veniem⁹
ad eū ego ⁊ pater: ⁊ habitabimus apō eū.
Veniemus ⁊ habitabim⁹ pluralis numer⁹
est: quia ꝑdictum ē: Ego ⁊ pater. id est pat
⁊ filius: que relatiue adinuicē dicunt. Ali
Geñ.j quando latenter oīno. sicut in genesi: Faci
amus hominē ad imaginem ⁊ similitudinē
nostrā. Et faciamus: ⁊ nostrā: pluraliter di
ctū est: ⁊ nisi ex relatiuis accipi nō pōt. Nō
enim vt facerēt dij: aut ad imaginē ⁊ simili
tudinem deoꝝ: sed vt facerēt pater ⁊ filius
⁊ spūssanctus ad imaginē patrī ⁊ filij ⁊ spi
ritussancti: vt subsisteret homo imago dei.
Deus autem trinitas. Sed quia nō omni
no equalis fiebat illa imago dei: tanq; non
ab illo nata: sed ab eo creata. Hui⁹ rei sig
nificande causa ita imago est: vt ad imagi
nem sit. id est nō equat parilitate: sed qua
dam similitudine accedit. Non enī locoꝝ
interuallis: sed similitudine accedit ad de
um: ⁊ dissimilitudine recedit ab eo. Sunt
enī qui ita distinguūt vt imaginem velint
esse filium. hominē vero nō imaginem: sed
j.Cort.jj ad imaginē. Refellit aūt eos apostolus di
cens: Vir quidem nō debet velare caput:
cū sit imago ⁊ gloria dei. Nō dixit ad ima
Geñ.j ginem: sed imago. Que tamē imago cum
alibi dicitur: Ad imaginē: non quasi ad fi
lium dicitur: que imago equalis est patri:
alioquin nō diceret ad imaginem nostrā.
Quomodo enī nostram: cum filius solus
patris imago sit: Sed ꝓpter imparē vt di
xim⁹ similitudinē: dictus est homo ad ima
ginem. ⁊ ideo nostrā. vt imago trinitati es
set homo: non trinitati equalis sicut filius
patri: sed accedens vt dictū est quādam si
militudine. sicut in distātibus significatur
quedā vicinitas: non loci: sed cuiusdā imi
tationis. Ad hoc enim eis ⁊ dicit: Refor- Roma.jz
mamini in nouitate mentis vestre. Quib⁹
item dicit: Estote itaq; imitatores dei sicut Ephe.5
filij carissimi. Nouo enim homini dicitur:
Qui renouatur in agnitionē dei: secundū Colo.3
imaginē ei⁹ qui creauit eum. Aut si iā pla
cet ꝓpter disputādi necessitatē: etiam ex
ceptis nominibus relatiuis pluralē nume
rum admittere: vt vno nomine respōdeat:
cū queritur: quid tria: ⁊ dicere tres substā
tias: siue tres personas. nulle moles aut in
terualla cogitētur: nulla distantia quantu
lecūq; dissimilitudinis: aut vt intelligat ali
ud alio vel paulo min⁹ quocūq; modo mi
nus esse aliud alio pōt: vt neq; psonarum
sit confusio: nec talis distinctio qua sit im
par aliquid. Qō si intellectu capi nō pōt:
fide teneatur: donec illucescat in cordib⁹
ille: qui ait per prophetam: Nisi credideri
tis nō intelligetis.

Explicit liber septimus.

Incipiūt capitula libri octaui.

j De indifferenti magnitudine trini
tatis: in qua nō est plus ipa trinita
tas simul cū singula queq; psona.

ij Qz de essentia veritatis que est trini
tas deus: nihil corporeum neq; mu
tabile debeat cogitari.

iij De vero ⁊ summo ⁊ vno bono.

iiij De dilectione in deū per fidē.

v De sacramento incarnationis dñi: ⁊
saluatoris nostri iesu xpi.

vj Quid in sanctis quos non vidimus
diligamus.

vij De vera dilectione.

viij Qz qui fratrē diligit deū diligat: qui
amat ⁊ ipsam dilectionē que ex deo
⁊ deus est.

ix Qz ex ea forma qua diligitur iustus:
diligatur deus: quia nō pōt ea q̄ di
lectionē excitat forma nō diligi: ea
dēq; est de⁹: qz deus caritas est.

x De amāte ⁊ qō amatur ⁊ amore.

Aurelij augustini proemiū in librū. viij.

Diximus alibi ea dici ꝓprie in illa trinitate distincte ad singl'as personas pertinētia: que relatiue dicunt̄ ad inuicē: sicut pater ⁊ filius ⁊ vtriusq; donum spiritussanctus. Non em̄ pater trinitas: aut filius trinitas: aut trinitas donum. Qꝛ vero ad se dicunt̄ singuli: non dici pluraliter tres: sed vnā ipsam trinitatē: sicut deꝰ pater: deus filiꝰ: deꝰ spiritussanctus. Et dn̄s pater: dn̄s filius: dn̄s spiritussanctꝰ. Et omnipotens pater: omnipotēs filius: oīpotens spiritussctūs: Nec tn̄ tres dij: aut tres dn̄i: aut tres omnipotētes. Sed vnꝰ deus: dominꝰ: oīpotēs: ipa trinitas: ⁊ quicq̄d aliud: non ad inuicē relatiue: sed ad se singuli dicūt̄. Hoc em̄ secundū essentiam dicunt̄: qꝛ hoc est ibi esse: ꝙ magnū esse: ꝙ bonum: ꝙ sapientē esse: ⁊ quicq̄d aliud ad se vnaqueq; ibi ꝑsona: vl' ipa trinitas dicit̄. Ideoq; dici tres ꝑsonas: vel tres substantias: nō vt aliq̄ intelligatur diuersitas essentie: ꝫ vt vel vno aliquo vocabulo respōderi possit: cum dicitur quid tres: vel q̄d tria: tantāq; eē equalitatē in ea trinitate: vt nō solū pater nō sit maior q̄ filius: qd̄ attinet ad diuinitatem: sed nec pater ⁊ filiꝰ simul maius aliq̄d sint q̄ spūssanctus: aut singula queq; ꝑsona quelibet trium: minus aliq̄d sit q̄ ipa trinitas. Dicta sunt hec: ⁊ si sepiꝰ versando repetant̄: familiariꝰ quidē innotescunt. Sed ⁊ modus aliq̄s adhibēdus est: deoq; supplicādū deuotissima pietate: vt intellectū aperiat: ⁊ studiū cōtentionis assumat: quo possit mente cerni essentia veritatis: sine vlla mole: sine vlla mobilitate. Nūc itaq; in quātū ipe adiuuat creator mire misericors: attendamꝰ hec que mō tā interiora q̄ supiora tractabimꝰ: cū sit eadē seruata illa regula: vt qd̄ intellectui nr̄o nondū eluxerit: a firmitate fidei nō dimittatur.

De indifferenti magnitudine trinitatis in qua nō est plus ipa trinitas simul q̄ singula queq; persona. Ca. primum

Dicimus em̄ nō esse in hac trinitate maius aliq̄d duas aut tres ꝑsonas q̄ vnā earꝝ: qd̄ nō capit ꝯsuetudo carnalis: nō ob aliud nisi qꝛ vera que creata sūt sentit vt pōt: veritatē aūt ipam qua creata sunt nō pōt intueri. Nā si posset: nullomō esset lux ista corporea māifestior q̄ hoc qd̄ diximus. In substātia quippe veritat̄: qm̄ sola vera est: nō est maior aliqua: nisi q̄ verius est. Quicq̄d autē intelligibile atq; incōmutabile est: nō aliud alio verius est: qꝛ eque incōmutabiliter eternū ē. Nec qd̄ ibi magnū dicit̄: aliunde magnū est: q̄ eo qd̄ vere est. Quapropter vbi magnitudo ipa veritas est: quicq̄d plus habet magnitudinis: necesse ē vt plꝰ habeat veritat̄. Quicq̄d ergo plus veritatis nō habet: nō habet plus etiā magnitudinis. Porro quicquid plus habet veritatis: ꝓfecto verius est: sic̄ maius est qd̄ plus habet magnitudinis: ꝫ ergo ibi est maius qd̄ verius. Nō aūt verius est pater ⁊ filiꝰ simul: q̄ singulus pater: aut singulus filius. Nō igitur maius aliq̄d vtrūq; simul: q̄ singulū eorū. Et qm̄ eque vere est etiā spūssanctus: nec pater ⁊ filius simul: maius aliquid est q̄ ipe: qꝛ nec verius ē. Pater quoq; ⁊ spiritussanctus simul: quoniā veritate n̄ superāt filiū. Nō em̄ verius sunt: nec magnitudine superāt. Atq; ita filius ⁊ spiritussanctus simul: tam magnum aliquid sunt: q̄ pater solus: qꝛ tā vere sunt. Sic ⁊ ipa trinitas tam magnū est: q̄ vnaqueq̄ ibi ꝑsona. Nō em̄ ibi maior ē que verior nō est: vbi est ipa veritas magnitudo. Quia in essentia veritatis: hoc est verꝝ esse qd̄ ē esse: ⁊ hoc est eē qd̄ est magnū esse. hoc ḡ magnū esse: qd̄ verum esse. Qꝛ igitur ibi eque verꝝ est: etiā eque magnum sit: necesse est.

Qꝛ de eēntia veritatis que ē trinitas deꝰ nihil corporeū neq; mutabile debeat cogitari. Ca. ij

In corporibꝰ aūt fieri pōt: vt eque verū sit hoc aurū atq; illud: ꝫ maius hoc sit q̄ illud: qꝛ non eadē ibi est magnitudo q̄ veritas. Aliudq; illi ē aurū esse: aliud magnū esse. Sic ⁊ ī animi natura: scd̄m ꝙ dicit̄ magnus animꝰ: nō secūdum hoc dicit̄ verus animꝰ. Animū enim verū habet etiā qui nō est magnanimꝰ: qn̄ quidē corpis ⁊ animi essentia: nō est ipius veritatis essentia: sic̄ est trinitas deꝰ vnus: solus: magnꝰ: verus: verax: veritas. Quē si cogitare conamur quantū sinit ⁊ donat: nullus cogitet̄ ꝑ locorū spacia contactus aut cōplexus: quasi triū corporū nulla cōpago iuncture: sic̄ tricorpem geryonē fabulę ferūt. ꝫ quicq̄d animo tale occurrerit:

vt maius sit in trib⁹ q̄z in singulis: minusq̄z in vno q̄z in duob⁹: sine vlla dubitatiõe respuat. Ita eñ respuit eẽ corporeũ. In spiritalibus aũt: oñe mutabile qõ occurrerit nõ putet de⁹. Nõ eñ parue noticie ps est: cũ de pfundo isto in illã sũmitatem respiramus: si anteq̄z scire possum⁹ quid sit deus: possum⁹ iã scire q̄d nõ sit. Nõ est eñ certe nec terra: nec celũ: nec quasi ẽra t celũ: nec tale aliq̄d quale videm⁹ in celo: nec q̄q̄d tale nõ videm⁹: t est fortassis in celo. Nec si augeas imaginatione cogitationis lucẽ solis quantũ potes: siue quo sit maior: siue q̄ sit clarior: millies tantũ: aut inũerabiliter: neq̄z hoc est de⁹. Nec sicut cogitant angeli mũdi spirit⁹ celestia corpora inspirantes: atq̄z ad arbitriũ quo seruiũt deo nutantes atq̄z versantes: nec si oẽs cũ sint milia miliũm in vnũ collati: vn⁹ fiant. nec tale aliq̄d deus est. Nec si eosdẽ spirit⁹ sine corporib⁹ cogites: qõ quidẽ carnali cogitationi difficillimũ ẽ. Ecce vide si potes ☙ aia pgrauata corpore qõ corrumpit: t onusta terrenis cogitationib⁹ multis t varijs: ecce vide si potes: deus veritas est. Hoc eñ scriptũ ẽ: Quoniã deus lux est. nõ quõ isti oculi vident: sed quõ videt cor: cũ audit veritas ẽ. Noli querere quid sit veritas: statim enim se opponũt caligies imaginũ corporaliũ: t nubila phãtasmatũ: t pturbabũt serenitatem: que primo ictu diluxit tibi: cũ dicerez veritas. Ecce in ipso primo ictu: quo velut corruscatione pstringeris: cũ dicit veritas. Mane si potes: sed nõ potes. Relaberis i ista solita atq̄z terrena. Quo tandẽ põdere queso relabert nisi sordũ ꝓtractarũ cupiditatis visco t pegrinatiõis erroribus.

i. Joh. j

De vero summo et vno bono. Capitulũ. iij.

Ecce iterũ vide si potes. Nõ amas certe nisi bonuz: qz bona est terra altitudine montiũ t tẽperamento colliũ: t planicie campoꝝ: t bonũ p̄dium: amenũ t fertile: t bona domus: parib⁹ mẽbris disposita: t ãpla: t lucida: t bona animalia animata corpora: t bon⁹ aer modestus t salubr: t bon⁹ cib⁹ suauis atq̄z apt⁹ valitudini: t bona valitudo sine doloribus t lassitudine: t bona facies homis dimẽsa pariliter t affecta hilariter t luculenter colorata. Et bon⁹ anim⁹ amici consensionis dulcedine t amoris fide. Et bon⁹ vir iust⁹: t bone diuitie: qz facile expediũt. Et bonũ celũ cum sole t luna t stellis suis. Et boni angeli. sancta obediẽtia. Et bona locutio suauiter docẽs: t congruent monẽs audientem. Et bonũ carmẽ: canoꝝ numeris: t sentẽtijs graue. Quid plura t plura: Bonũ hoc: t bonũ illud. Tolle hoc t illud: t vide ipm bonũ si potes: ita deuz videbis. Non alio bono bonũ: sed bonũ oĩs boni. Neq̄z eñ in his omnib⁹ bonis vel q̄ cõmemorauit: vel que alia cernũt siue cogitant: dicerem⁹ aliud alio meli⁹ cum vere iudicamus: nisi esset nobis impssa notio ipsi⁹ boni: scõm q t ꝓbarem⁹ aliquid: et aliud alij preponeremus. Sic amand⁹ deus: nõ h̄ t illud bonũ: sed ipsum bonũ. Querendum enim bonũ aie: nõ cui supuolitet iudicando: sed cui hereat amando. Et quid h̄ nisi de⁹: Nõ bon⁹ anim⁹: aut bon⁹ angel⁹: aut bonũ celũ: sed bonũ bonum. Sic eñ forte facili⁹ aduertit: q̄d velim dicere. Cũ enim audio: verbi gratia: q dicit anim⁹ bonus: sicut duo verba sunt: ita ex eis verbis duo quedã intelligo. Aliud quo anim⁹ est: aliõ quo bonus. Et quidez vt anim⁹ esset: non egit ipe aliquid. Nõ eñ iam erat: qui ageret vt esset. Vt aũt sit bon⁹ animus: video agendũ esse voluntate. non quia idipsum quo anim⁹ est: nõ est aliquid boni (Hã vñ iam dicit t verissime dicit corpore melior) sed ideo nondũ dicit bon⁹ anim⁹: qz restat ei actio voluntatis: qua sit pstantior: quaz si neglexerit: iure culpatur: rectez dicit nõ bon⁹ anim⁹. Bistat eñ ab eo qui hoc agit. Et quia ille laudabil: pfecto iste qui h̄ nõ agit vituperabilis est. Cũ vo agit hoc studio: t fit bonus animus: nisi se ad aliquid cõuertat q̄ ipe nõ est: nõ põt hoc assequi. Quo se aũt ꝙuertit vt fiat bon⁹ anim⁹: nisi ad bonũ: cũ hoc amat t appetit: t adipiscitur. Vnde si rursus se auertat: fiatq̄z nõ bonus: hoc ipo q se auertit a bono: nisi maneat in se illud bonũ vnde se auertit: nõ est quo se iterũ si voluerit emendare ꝙuertat. Quapropter nulla essent mutabilia bona: nisi esset incõmutabile bonũ. Cũ itaq̄z audis bonũ hoc t bonum illud: que possunt alias dici etiã nõ bona: si potueris sine illis que participatione boni bona sunt: perspicere ipm bonũ: cui⁹ participatiõe bona sunt. simul eñ t ipm intelligis cũ audis h̄ aut illud bonũ. Si g̃ potueris: illis detractis p seipm pspexeris dcũ. Et si amore inheseris: ꝓtinuo beatificaberis. Pudeat aũt cũ alia nõ amenꝫ: nisi qz

bona sūt: eis iherēdo nō amare bonū ipm: vñ bona sūt. Illō etiā qō anim⁹ tantū qr ē anim⁹: etiā nōdū eo modo bon⁹ quo se cō uertit ad incōmutabile bonum: sed vt dixi tantū anim⁹: cū ita nobis placet vt eū omni etiā luci corporee cū bene intelligim⁹ p̄feramus: nō in seipo nobis placet: sed in illa arte qua fact⁹ est. Jude eñ approbat factus vbi videt fuisse faciend⁹: hec est veritas: ⁊ simplex bonū. Nō eñ ē aliō aliqd q̄ ipm bonū: ac p hoc etiā sūmū bonū. Non eñ minui vel augeri bonuz pōt: nisi qō ex alio bono bonū est. Ad hoc se igit animus conuertit vt bon⁹ sit: a quo habet vt animus sit. Tūc ergo volūtas nature congruit vt p ficiat in bono anim⁹: cū illud bonū diligit conuersione volūtatis: vnde est ⁊ illud qō nō amittit: nec auersione volūtatis. Auertendo eñ sese a sūmo bono: amittit anim⁹ vt sit bon⁹ anim⁹: nō aūt amittit vt sit animus: cū ⁊ hoc iā bonuz sit corpore melius. hoc ergo amittit volūtas: qō voluntas ad ipsā it. Jaz eñ erat anim⁹ qui conuerti ad id vellet a quo erat. Qui aūt vellet esse anteq̄ esset: nōdū erat. ⁊ hoc est bonū nostruz: vbi videm⁹ vtrū esse debuerit aut debeat quicq̄d esse debuisse: aut debere comphendimus: ⁊ vbi videm⁹ esse non potuisse nisi esse debuisset: quicq̄d etiā quō esse debuerit comphendim⁹. Hoc ergo bonū nō lon-
Act.17 ge positū est ab vnoquoq̄ nostruz. In illo eñ viuimus: mouemur: ⁊ sumus.

De dilectione in deum per fidem. Capitulū. iiij.

Ed dilectione standū est ad illud: ⁊ inherendū illi: vt p̄sente perfruamur a quo sum⁹: quo absente nec
2.Cor.5 esse possum⁹. Cū eñ p fidē adhuc ambulam⁹: nō p speciē: nōdū vtiq̄ videm⁹ deuz. sicut idē ait: facie ad faciē: quē tñ nisi nunc iam diligam⁹: nūq̄ videbimus. Sed quis diligit qō ignorat: Sciri eñ aliquid ⁊ non diligi pōt. Diligi autē quod nescit: quero vtrū possit: quia si nō potest: nemo diligit deū anteq̄ sciat. Et quid est deuz scire: nisi eū mēte ꝓspicere: firmeq̄ p̄cipe. Nō enim corpus est vt carneis oculis inquirat. Jz ⁊ priusq̄ valeam⁹ conspicere atq̄ p̄cipere deū: sicut ꝓspici ⁊ p̄cipi potest: qō mundis
Math.5 cordib⁹ licet. Beati eñ mundicordes: qr deū videbūt. nisi p fidem diligat: nō poterit cor mundari: quo ad eum videndum sit aptum ⁊ idoneū. Ibi sunt eñ illa tria: propter que in animo edificanda: omniū diuinoꝝ librorꝝ machinamēta cōsurgūt: fides: spes: caritas: nisi in aio credēte qō nōdum videt: ⁊ sperāte atq̄ amāte qō credit. amatur ergo ⁊ qō ignorat: sed tñ credit. Minimū aūt cauendū est: ne credēs anim⁹ id qō nō videt fingat sibi aliquid qō nō est: ⁊ spe-
1.Thi.1 ret diligatq̄ quod falsuz est. Qō si fit: non erit caritas de corde puro ⁊ conscientia bona: ⁊ fide non ficta: que finis p̄cepti est: sicut apostolus dicit. Necesse est aūt cū aliqua corporalia lecta vel audita que nō vidimus: credim⁹. fingat sibi aliquid anim⁹ i liniamētis formisq̄ corporū: sicut occurrerit cogitanti: qō aut verū non sit: aut etiā si verū est quod rarissime potest accidere: nō hoc tamen fide vt teneam⁹ quicq̄ prodest: sed aliud aliquid vtile: quod per hoc insinuatur. Quis enim legentium vel audientium que scripsit apostolus paul⁹: vel que de illo scripta sunt: nō fingat animo: ⁊ ipsius apostoli faciem: ⁊ omnium quorum ibi nomina cōmemorantur? Et cū in tanta hominū multitudie quib⁹ ille littere notescūt: alius aliter liniamēta figuramq̄ illoꝝ corporū cogitet: vtiq̄ incertū est. Neq̄ ibi occupatur fides nostra: qua facie corporis fuerint illi homines: sed tantū quia p dei gratiam ita vixerunt: ⁊ ea gesserūt que scriptura illa testat: hoc ⁊ vtile est credere: ⁊ nō desperandum: ⁊ appetendū. Nā ⁊ ipsius domini facies carnis: inumerabiliū cogitationū diuersitate variat ⁊ fingit: que tñ vna erat: quecūq̄ erat. Neq̄ eñ in fide nostra quā de domino iesu xp̄o habem⁹: illud salubre est qō sibi anim⁹ fingit: longe fortasse aliter q̄ res se habz. Sed illud quod scōm speciem de homine cogitamus. habemus eñ quasi regulariter infixā humane nature noticiam: scōm quā quicquid tale aspicimus: statim hoiem esse cognoscimus vel hominis formā.

De sacramēto icarnatiōis dñi et saluatoris nr̄i iesu xp̄i. Ca. v.

Ecundū hanc noticiam cogitatio nostra informat: cum credim⁹ pro nobis deū hominē factū: ad humilitatis exemplū: ⁊ ad demōstrandam erga nos dilectionē dei. Hoc eñ nobis prodest credere: ⁊ firmū atq̄ inconcussum corde retinere: scilicet humilitatē qua natus est de⁹ ex femina: ⁊ a mortalib⁹ per tātas ꝓtumelias perductus ad mortē: summū esse medi-

camentum: quo ſupbie noſtre ſanaret tumorē: t altum ſacramentū quo peccati vinculum ſolueretur. Dic t virtutem miraculorū ipſius t reſurrectionis eius: quoniaz nouim⁹ q̄d ſit omnipotentia: de omnipotente deo credim⁹: t ſecundū ſpecies t genera rerū vel natura inſita: vl' experientia collecta: de factis huiuſcemodi cogitam⁹: vt non ficta ſit fides noſtra. Nec enī nouim⁹ faciez virginis marie: ex qua ille a viro intacta: nec ī ipo partu corrupta mira-
Joh. jj biliter natus ē. Nec quib⁹ membrorū liniamentis fuerit lazarus: nec bethaniaz: nec ſepulchrum: lapidemq̄ illum quem remoueri iuſſit cum eum reſuſcitaret vidimus.
Matth. 27 nec monumentū nouū excisuz in petra vñ ipſe reſurrexit. nec mōtē oliueti vnde aſcēdit in celū. Nec omnino ſcimus quicūq̄ iſta non vidimus: an ita ſint vt ea cogitamus: imo vero probabilius exiſtimamus non eſſe ita. Nāq̄ cū alicui⁹ facies vel loci vl' hominis: vel cuiuslibet corporis eadem occurrerit oculis noſtris que occurrebat animo: cū eam priuſq̄ viderem⁹ cogitabamus: nō paruo miraculo mouemur. Ita raro t pene nunq̄ accidit: t tamē ea firmiſſime credimus: quia ſecundū ſpecialē generalemq̄ noticiam que certa nobis eſt cogitamus. Credimus enī dominū ieſum chriſtum natū de virgine que maria vocabat. Quid ſit autez virgo: t quid ſit naſci: t q̄d ſit nomē proprīū nō credim⁹: ſed prorſus nouimus. Vtrū autez illa facies marie fuerit que occurrit animo cum iſta loquimur aut recordamur: nec nouim⁹ omnino: nec credimuſ. Itaq̄ hic ſalua fide licet dicere: forte talem habebat faciem: forte non talē. forte autē de virgine natus eſt chriſtus: nemo ſalua fide chriſtiana dixerit. Nobrem quoniam trinitatis eternitatē: t equalitatē t vnitatē quantū datur intelligere cupim⁹. prius autem q̄z intelligamus credere debemus: vigilandū nobis eſt ne ficta ſit fides noſtra. Eadem quippe trinitate fruendum eſt: vt beate viuamus. Si autem falſum de illa crediderimus: inanis erit ſpes: t nō caſta caritas. Quomodo igit eam trinitatez quā nō nouim⁹: credendo diligim⁹? An ſecundū ſpecialē generalēve noticiā: ſecundum quā diligimus apoſtolū paulū: Qui etiaz ſi non ea facie fuit que nobis occurrit de illo cogitantib⁹: t hoc penit⁹ ignoram⁹: nouim⁹ tamē quid ſit homo. Ut enim longe nō eamus: hoc ſum⁹. id eſt homo: t illū hoc fuiſſe: t animā eius corpori copulataz mortaliter vixiſſe manifeſtuz eſt. Hoc ergo de illo credim⁹: qō inuenim⁹ ī nobis: iuxta ſpeciem vel genus: quo humana omnis natura pariter continetur. Quid igitur de illa excellentia trinitatis ſiue ſpecialiter ſiue generaliter nouim⁹: quaſi multe ſint tales trinitates: quarū aliquas experti ſum⁹: vt per regulā ſimilitudinis impſſaz vel ſpecialem vel generalem noticiā: illam quoq̄ talem eſſe credam⁹: atq̄ ita rem quā credimus t nōdū nouim⁹: ex parilitate rei quaz nouim⁹ diligam⁹? Quod vtiq̄ non ita eſt. An quēadmodū diligim⁹ in dño ieſu chriſto q̄ reſurrexit a mortuis: cuius inde neminem vnquam reſurreriſſe viderimus. Ita trinitatem quaz nō videmus: t qualē nullam vnquā vidim⁹ poſſum⁹ credendo diligere. Sed quid ſit mori: t q̄d ſit viuere: vtiq̄ ſcim⁹: quia t viuim⁹: t mortuos ac morientes aliquando vidimus t experti ſumus. Quid eſt aūt aliud reſurgere: niſi reuiuiſcere. id eſt ex morte ad vitam redire? Cum ergo dicimus t credimus eſſe trinitatem: nouim⁹ quid ſit trinitas: quia nouim⁹ quid ſint tria: ſed nō hoc diligimuſ. Nā id vbi volum⁹ facile habem⁹: vt alia omittā: vel micando digitis tribus: an vero diligimus: non q̄ omnis trinitas: ſed q̄ trinitas deus? Hoc ergo diligimus in trinitate: qō deus eſt. ſed deū nullū aliū vidim⁹ aut nouimus: quia vnus eſt deus: ille ſolus quez nōdum vidim⁹: t credendo diligim⁹. Sed ex qua rerum notarū ſimilitudine vel comparatione credamus: quod etiā nōdū notū deū diligam⁹: hoc querit.

Quid in ſanctis quos nō vidimus diligamus. Ca. vj.

Redi ergo mecuz: t conſideremus cur diligamus apoſtoluz. Nunq̄d nam propter humanā ſpeciez quā notiſſimam habem⁹: eo q̄ credimus eū hominē fuiſſe: nō vtiq̄. Alioquin nunc nō eſt quē diligamus: quando quidez homo ille iam nō eſt. Anima enim eius a corpore ſeparata eſt. Sed id quod in illo amam⁹: etiam nunc viuere credimus. Amamus enīz animū iuſtū. Ex qua ergo generali aut ſpeciali regula: niſi quia ſcimus: t quid ſit animus: t quid ſit iuſtus? At anim⁹ quidē q̄d ſit: non incongrue nos dicimus ideo noſſe quia t nos habemus animū. Nec enī vnquā oculis vidim⁹: t ex ſimilitudine viſoꝝ

plurium: notionē generalē ſpecialēve pce-
pimus: ſed poti⁹ vt dixi: qz ⁊ nos habem⁹.
Quid eñ tam intime ſcit: ſeqz ipm eſſe ſen
tit: q̄z id quo ctiã cetera ſentiunt. id eſt ipſe
anim⁹? Nam ⁊ motus corpoꝝ quibus pre-
ter nos alios viuere ſentimus: ex noſtra ſi-
militudine agnoſcimus: quia ⁊ nos ita mo
uemus corpus viuendo: ſicut illa corpora
moueri aduertimus. Neqz eñ cuz corpus
viuũ mouetur: aperitur vlla via oculis no
ſtris ad videndũ animũ: rem ſcilicet q̄ ocu
lis videri nõ poteſt: ſed illi moli aliquid in
eſſe ſentimus: quale nobis ineſt ad mouen
dum ſimiliter molẽ noſtrã: quod eſt vita et
anima. Neqz enim quaſi humane prudẽ-
tie rationiſqz proprium eſt. Et beſtie quip-
pe ſentiunt viuere: nõ tantũ ſeipſas: ſed eti
am ſeinuicẽ atqz alterutrũ ⁊ noſipos. Nec
animas noſtras vident: ſed ex motib⁹ cor-
poris: idqz ſtatim ⁊ facillime quadã conſpi
ratione naturali. Animũ igit cuiuſlibet ex
nr̃o nouim⁹: ⁊ ex nr̃o credim⁹ quẽ nouim⁹.
Nõ eñ tãtũ ſentim⁹ animũ: ꝫ etiã ſcire poſ
ſum⁹ quid ſit anim⁹ conſideratione noſtri.
habemus eñ animũ. Sed quid ſit iuſtus:
vnde nouimus. Dixeram⁹ enim nos apo-
ſtolum non alia cauſa diligere: niſi q̄ ſit iu
ſtus animus. Nouimus ergo ⁊ quid ſit iu-
ſtus: ſicut quid anim⁹. Sed quid ſit anim⁹
vt dictũ eſt nouim⁹ ex nobis. Ineſt enim
animus nobis. quid autem ſit iuſtus vnde
nouim⁹: ſi iuſti non ſumus? Qz ſi nemo no-
uit quid ſit iuſtus niſi qui iuſtus eſt: nemo
diligit iuſtum niſi iuſtus. Nemo eñ poteſt
diligere quẽ iuſtũ eſſe credit ob hoc ipſum
quia iuſtũ eſſe credit: ſi quid ſit iuſtus igno
rat. Secundũ q̄ ſuperius demonſtrauim⁹
neminẽ diligere q̄ credit ⁊ nõ videt: niſi ex
aliqua regula noticie generalis ſiue ſpecia
lis. Ac p̄ hoc ſi nõ diligit iuſtũ niſi iuſtus:
quomodo volet quiſqz iuſtus eſſe qui non
dum eſt: nõ eñ vult quiſqz eſſe q̄ nõdum
diligit. Et autem ſit iuſtus qui nondũ eſt:
valet vtiqz iuſtus eſſe: vt autẽ velit: diligit
iuſtum. Diligit ergo iuſtuz: ⁊ qui nondum
iuſtus eſt. Diligere autem iuſtũ nõ poteſt:
ſi quid ſit iuſtuſ: ignorat. proinde nouit q̄d
ſit iuſtus: etiam qui nondũ eſt. vbi ergo no
uit: non oculis vidit. An vllum corpus iu
ſtum velut albũ aut nigrum: aut quadruz:
aut rotundũ: quis hoc dixerit: at oculis nõ
vidit niſi corpora. Juſtus aũt in hoie non
eſt: niſi animus. Et cum homo iuſtus dici-
tur: ex animo dicitur: non ex corpore. Eſt
eñ quedã pulchritudo animi iuſticia qua
pulchri ſunt homines. pleriqz etiã qui cor-
pore diſtorti atqz deformes ſunt. Sicut eñ
animus nõ videtur oculis: ita nec pulchri
tudo eius. Vbi ergo nouit quid ſit iuſtus
qui nondũ eſt: atqz vt ſit diligit iuſtuz. An
ſigna quedaz per motũ corporis emicant:
quibus ille aut ille homo eſſe iuſtus appa-
ret: Sed vnde nouit illa ſigna eſſe animi in
iuſti: neſciens quid omnino ſit iuſtus: no-
uit ergo. Sed vbi nouimus quid ſit iuſtuſ:
etiam cũ iuſti nondũ ſum⁹: ſi extra nos no-
uimus: in corpore aliquo nouimus: ſed nõ
eſt iſta res corporis. In nobis igitur noui-
mus quid ſit iuſtus. Non enim alibi hoc in
uenio cuz quero vt hoc eloquar: niſi apud
meipm. Et ſi interrogẽ aliuz quid ſit iuſt⁹:
apud ſeipm querit quid reſpõdeat. Et q̄ſ-
quis hinc verũ reſpondere potuit: apud ſe
ipm q̄d reſpõderet inuenit. Et carthaginẽ
quidẽ cũ eloqui volo: apud meipm quero
vt eloquar: ⁊ apd̄ meipm inuenio phãtaſi-
am carthaginis. Sed eam p̄ corpus acce-
pi. id eſt per corporis ſenſum: quoniã pre-
ſens in ea corpore fui: ⁊ eam vidi atqz ſen-
ſi: memoriaqz retinui: vt apud me inuenirẽ
de illa verbũ: cũ eam vellem dicere. Ipſa
eñ phantaſia eius in memoria mea verbũ
eius: nõ ſonus iſte triſſyllabus cũ cartha-
go nominat: vel etiã cũ tacite nomẽ ipſum
per ſpacia tempoꝝ cogitatur: ſed illud qd̄
in animo meo cerno: cũ hoc triſſyllabũ vo
ce p̄fero: vel anteqz p̄feram. Sic ⁊ alexan
driam cũ eloqui volo quã nunqz vidi: pre
ſto eſt apud me phantaſma eius. Cum eni
a multis audiſſem ⁊ credidiſſem magnã eẽ
illam vrbem: ſicut mihi narrari potuit: fixi
animo meo imaginẽ eius q̄z potui: ⁊ hoc ẽ
apud me verbũ eius: cuz eam volo dicere
anteqz voce q̄nqz ſyllabas p̄feram: quod
nomẽ eius fere omnibus notũ eſt. Quã ta
men imaginem ſi ex animo meo p̄ferre poſ
ſem ad oculos hominuz qui alexandriam
nouerunt: p̄fecto aut omneſ dicerẽt: nõ eſt
ipa. aut ſi dicerent: ipa eſt. multuz mirarer:
atqz intuẽs in animo meo ipam. id eſt ima-
ginẽ quaſi picturã eius: ipſaz tamẽ eſſe ne-
ſcirem: ſed eis credere qui viſam tenerent.
Non autem ita quero quid ſit iuſtus: nec
ita inuenio: nec ita intueor: cũ id eloquor.
nec ita probor cũ audior: nec ita probo cũ
audio: quaſi tale aliquid oculis viderim:
aut vllo corporis ſenſu didicerim: aut ab
eis qui ita didiciſſent audierim. Bũ enim

dico ⁊ sciens dico: iustus est anim⁹ qui scientia atq; ratione in vita ⁊ morib⁹ sua cuiq; distribuit: nō aliquā rem absentem cogito: sicut carthaginem. aut fingo vt possum sicut alexandriam. siue ita sit siue non ita: sed p̄sens q̄ddaz cerno: ⁊ cerno apud me. ⁊ si non sum ipse quod cerno: ⁊ multi q̄ audiunt approbabunt. Et quisquis me audit atq; scienter approbat: apud se et ipse hoc idez cernit: etiā si nō sit ⁊ ipse quod cernit. Iustus v̄o cuz id dicit: id quod ipe est cernit ⁊ dicit. Et vbi etiā ipse cernit: nisi apud seipsum. Sed hoc mirū nō est. Vbi eniz se cerneret: nisi apud seip̄m: Illud mirabile est vt apud se animus videat qō alibi nusq; vidit: ⁊ veꝝ videat: ⁊ ip̄m verum scilicet iustum animū videat: ⁊ sit ipse anim⁹: ⁊ nō sit iustus animus: quez apud seip̄m videt. Num est alius animus iust⁹ in animo nō dum iusto: Aut si nō est quē ibi videt: cum videt: ⁊ dicit quid sit anim⁹ iustus: nec alibi q̄z in seipso videt: cum ipe nō sit animus iustus: An illud quod videt veritas est interior p̄sens animo: qui eam valet intueri: neq; omnes valent. Et qui intueri valēt hoc etiam quod intuent non omnes sunt. hoc est nō sunt etiam ipsi iusti animi: sicut possunt videre ac dicere: quid sit iust⁹ animus. id est iusti. Qz vnde esse potuerūt: nisi inherendo eidem ipsi forme quā intuent vt inde formēt. ⁊ sint iusti animi: nō tantuz cernentes aut dicentes iustū esse animum qui scientia atq; ratione in vita ac morib⁹ sua cuiq; distribuit: sed etiam vt ipsi iuste viuant: iusteq; morati sint: sua cuiq; distribuendo: vt nemini quicquā debeāt nisi vt inuicē diligant. Et vnde inhæret illi forme: nisi amando: cur ergo aliū diligimus quez credimus iustū: ⁊ nō diligimus ipsam formam: vbi videmus quid sit iustus animus vt ⁊ nos iusti esse possimus: An vero nisi ⁊ istam diligeremus nullomō eū diligerem⁹ quem diligimus ex ista: sed dū iusti nō sumus: minus eam diligimus q̄z vt iusti esse valeam⁹. Homo ergo qui credit iustus ex ea forma ⁊ veritate diligit: quā cernit: ⁊ intelligit apud se ille qui diligit. ipsa vero forma ⁊ veritas nō est quomodo aliunde diligatur. Neq; enim inuenim⁹ aliquid tale p̄ter ipsam vt eam cū incognita est credēdo diligamus ex eo q̄ iam tale aliquid nouimus. Quicquid eñ tale aliquid p̄spexeris ipsa est: ⁊ non est quicq; tale: quoniaz sola ipsa talis est: qualis ipsa ē. Qui ergo amat homines: aut quia iusti sūt: aut vt iusti sint amare debet. Sic eñ ⁊ semetip̄m amare debet: aut qz iustus est: aut vt iust⁹ sit. Sic eñ diligit p̄rimū tanq; seip̄m sine vllo periculo. Qui eñ aliter se diligit: iuste se diligit: quoniā se ad hoc diligit vt sit iniustus. Ad hoc ergo vt sit malus: ac p̄ hoc iam non se diligit. Qui enim diligit iniquitatem: odit anumam suam. Ps.10

De vera dilectione. Ca. vij.

Q Uapropter non est p̄cipue videndum in hac questione que de trinitate nobis est. et de cognoscendo deo: nisi q̄d sit vera dilectio. imo v̄o q̄d sit dilectio. Ea q̄ppe dilectio dicēda q̄ vera ē: alioq̄n cupiditas ē. atq; ita cupidi abusiue dicūt diligere: quēadmodū cupe abusiue dicunt: q̄ diligūt. Hec est aūt vera dilectio vt inherentes veritati iuste viuam⁹: ⁊ ideo contēnam⁹ omnia mortalia p̄e amore hominū: quo eos volumus iuste viuere. Ita enim ⁊ mori p̄ fratribus vtiliter parati esse poterimus: quod nos dominus ieſus x̄ps exēplo suo docuit. Cū eiñ duo p̄cepta sint in quibus tota lex pendet ⁊ prophete: dilectio dei ⁊ dilectio p̄rimi: non imerito plerūq; scriptura pro vtroq; vnū ponit. Siue tantū dei. sicuti est illud: Scim⁹ quoniā diligentibus deū omnia cooperant in b̄onū. Et iterū. Quisquis autē diligit deū hic cognit⁹ est ab eo. Et illō: Quoniā caritas dei diffusa est in cordibus nostris p̄ spiritū sanctum qui datus est nobis. Et alia mlta: q̄a ⁊ qui diligit deum: consequens est vt faciat quod p̄cipit deus. ⁊ intantū diligit inquantū facit: consequens ergo est vt ⁊ p̄ximū diligat: quia hoc p̄cepit de⁹. Siue tantū p̄rimi dilectionē scriptura cōmemorat: sicut est illud: Inuicē onera vestra portate: ⁊ sic adimplebitis legē christi. Et illō: Omnis eniz lex in vno sermone implet: in eo q̄ scriptum est. diliges p̄ximū tuū tāq; teip̄m. Et i euangelio. Omnia quecūq; vultis vt faciant vobis homines b̄ona: ita ⁊ vos facite illis: hec enim est lex ⁊ prophete. Et pleraq; alia reperimus in litteris sanctis: in quibus sola dilectio p̄rimi ad p̄fectionem p̄cipi videt: ⁊ taceri de dilectione dei: cum in vtroq; lex pendeat ⁊ prophete. Sed ⁊ hoc ideo: quia ⁊ qui p̄rimū diligit. consequens est vt ipam p̄cipue dilectionem diligat. Deus aūt dilectio est: ⁊ qui manet in dilectiōe in deo manet. Cōseq̄ns Matth.22 Roma.8 j.Cor.8 Roma.5 Gal.6 Ibidē.5 Matth.7 j.Joh.4

ergo est vt ꝑcipue deum diligat. Quapro-
pter qui querunt deuz per istas potestates
que mundo ꝑsunt vel partibus mundi: au
feruntur ab eo longeꝯ iactantur: nō inter-
uallis locoꝝ: sed diuersitate affectuū. Ex-
teri⁹ enim conant ire: ⁊ interiora sua deserūt
quibus interior est deus. Itaꝯ si aliquam
etiam sanctam potestatē vel audierūt: vel
vtcūꝯ cogitauerunt: facta magis eius ap
petūt: que humana miratur infirmitas: nō
imitant pietatem qua diuina requies com
paratur. Malunt enim superbe hoc posse
quod angelus: ꝙ deuote hoc esse quod an
gelus. Non em̄ sanct⁹ quisꝯ potestate sua
gaudet: sed eius a quo habet posse quic-
quid congrueter potest. Et nouit potenti-
us esse ꝓiungi omnipotēti pia volūtate: ꝙ
ꝓpria volūtate posse qđ ꝓtremiscāt q̄ talia
nō possūt. Itaꝯ ipe dn̄s ihesus christ⁹ talia
faciens: vt murantes doceret ampliora ⁊ tē
poralibus insolitis intentos atꝯ suspēsos
Matb.jj ad eterna atꝯ interiora ꝙerteret: Venite
inquit ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati
estis: ⁊ ego reficiā vos. tollite iugū meū su
per vos. Et nō ait: discite a me quatridua-
nos mortuos suscitare. sed ait: discite a me
quoniā mitis sū ⁊ humilis corde. Potenti-
or est em̄ ⁊ tutior solidissima humilitas:
ꝙ vētosissima celsitudo. Et ideo sequit: di
cens: Et inuenietis requiē animab⁹ vestris.
j.Cort.jj Dilectio em̄ nō inflatur: ⁊ deus dilectio ē:
⁊ fideles in dilectione acquiescēt illi: reuo-
cati a strepitu qui foris est: ad gaudia silen
tia. Ecce deus dilectio est: vt quid imus et
currimus in sublimia celoꝝ: et ima terrarū
querentes eū qui est apud nos: si nos veli-
mus esse apud eum.

¶ Qui fratrem diligit deum di
ligat qui amat et ipsam dilectio-
nem que ex deo est et deus est.

¶ Capitulū. viij.

Imo dicat: non noui quid diligā.
Diligat fratrē: ⁊ diliget eandē di-
lectionē. Magis em̄ nouit dilecti
onez quā diligit: ꝙ fratrē quē diligit. Ecce
iam potest notiorē deū habere ꝙ fratrem.
Plane notiorē: quia presentiorē. notiorē:
quia interiorē. notiorē: quia certiorē. Am
plectere dilectionez deū: ⁊ dilectione am-
plectere deum. Ipsa est dilectio que oēs
bonos angelos: ⁊ omnes dei seruos conso
ciat vinculo sanctitatis. nosꝯ ⁊ illos con-
iungit inuicē nobis: ⁊ subiungit sibi. Quā-
to igitur saniores sum⁹ a tumore superbie:
tanto sum⁹ dilectiōe pleniores. Et quo ma-
gis deo plenus est: qui plenus est dilectione:
Ateī caritatē video: ⁊ quātū possum eaz
mente conspicio: ⁊ credo scripture dicenti:
Quoniā deus caritas est: ⁊ qui manet i ca j.Joh.4
ritate: in deo manet. Sed cuz illam video:
nō in ea video trinitatez. imo vo vides tri
nitatem: si caritatem vides. Sed cōmone
bo si potero: vt videre te videas assit tan-
tū ipsa: vt moneamur caritate ad aliquod
bonū. Quia cum diligimus caritatem: ali
quid diligentē diligimus ꝓpter hoc ipm:
qz diligit aliq̄d. Ergo q̄d diligit caritas vt
possit etiā ipsa caritas diligi: Caritas enim
non est que nihil diligit. Si autē seipsaz di-
ligit: diligat aliq̄d quod oportet vt carita-
tem se diligat. Sicut em̄ verbū indicat ali-
quid: indicat etiā seipsum. sed nō se verbū
indicat: nisi se aliquid indicare idicet. Sic
⁊ caritas diligit quidē se. sed nisi se aliquid
diligentez diligat: non caritatem se diligit.
Quid ergo diligit caritas nisi qđ caritate
diligimus: Id autē vt a proximo ꝓueha-
mur frater est. Dilectionē autem fraternaz
quantum cōmendet iohannes apostolus
attendamus. Qui diligit inquit fratrē suū j.Joh.2
in lumine manet: ⁊ scandalū in eo non est.
Manifestum est q̄ iusticie pfectionē in fra
tris dilectione posuerit. Nam in quo scan-
dalum nō est: vtiꝯ perfectus est. Et tamē
videtur dilectionē dei tacuisse. quod nūꝯ
faceret: nisi quia in ipa fraterna dilectione
vult intelligi deū. Apertissime enim in eadē
epistola paulopost ita dicit. Dilectissimi di Ibidē.4
ligamus inuicē: quia dilectio ex deo est. Et
omnis qui diligit: ex deo natus ē: ⁊ cogno-
scit deum. qui nō diligit: nō cognouit deū:
quia deus dilectio est. Ista contextio satis
aperteꝯ declarat eandez ipsam fraternam
dilectionem. nam fraterna dilectio est qua
diligimus inuicē: non solū ex deo: sed etiā
deū esse: quā videm⁹ tanta auctoritate ꝑ-
dicari. Cū ergo de dilectiōe diligim⁹ fratrē
de deo diligim⁹ fratrez. Nec fieri potest vt
eandē dilectionē nō ꝑcipue diligam⁹: qua
fratrē diligim⁹. Unde colligit: duo illa ꝑ-
cepta non posse sine inuicē: Quoniā quip Ibidē
pe deus dilectio est: deum certe diligit: qui
diligit dilectionē. Dilectionē autē necesse
est diligat: qui diligit fratrem. Et ideo pau
lopost ait. Nō potest deū diligere quem nō Ibidē
videt: qui fratrē quē videt nō diligit: quia
hec illi causa est nō videndi deum q̄ non

diligit fratrem. Qui eñ non diligit fratrē: non est in dilectione. ⁊ qui non est in dilectio: non est in deo: quia deus dilectio est.
1. Joh. j Porro qui nō est in deo: nō est in lumine: quia deus lumē est: ⁊ tenebre in eo nō sunt vlle. Qui ergo nō est in lumine: quid mirū si nō videt lumē: id est nō videt deuz quia in tenebris est. Fratrem autē videt humano visu: quo videri deus nō potest. Sed si eum quem videt humano visu: spiritali caritate diligeret: videret deuz qui est ipsa caritas visu interiore quo videri potest. Ita q̄ qui fratrē quem videt non diligit: deum quē propterea non videt: quia dē dilectio est: qua caret q̄ fratrē nō diligit: quō pōt diligere? Nec illa iā questio moueat quantū fratri caritatē debeam⁹ impēdere: quantū deo incōparabiliter plusq̄ nob. fratri eñ ān tū nobisipsis. Illos aūt ipsos tāto magis diligimus: quantomagis diligimus deū. Ex vna igit eadēq̄ caritate deū ꝓximūq̄ diligim⁹. Sed deū ꝓpter deū: nos aūt ⁊ ꝓximū ꝓpter deum.

¶ Quo ex ea forma qua diligitur iustus diligatur deus: quia non potest ea q̄ dilectiōem excitat forma non diligi: eademq̄ est deus: quia deus caritas est. ¶ Ca. ix.

2. Cor. 6 Quid eñ est quelo q̄ exardescimus cum audim⁹ et legim⁹: Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nūc dies salutis. nullā in quoq̄ dantes offensionez vt non rephendatur ministeriuz nostrum. sed in omnibus cōmendātes nosmetipos vt dei ministros: in multa patientia: in tribulationibus: in necessitatibus: in angustiis: in plagis: in carceribus: in seditionib⁹: in laboribus: in vigilijs: in ieiunijs: in castitate: in scientia: in longanimitate: in bonitate: in spiritusancto: in caritate non ficta: in verbo veritatis: in virtute dei. per arma iustitie a dextris ⁊ a sinistris: p gloriā ⁊ ignobilitatem: per infamiaz ⁊ bonā famā: vt seductores et veraces: vt qui ignoramur et cognoscimur: quasi morientes ⁊ ecce viuimus: vt coerciti et non mortificati: vt tristes semper autē gaudentes: sicut egentes multos autē ditantes: tanq̄ nihil habētes ⁊ omnia possidentes. Quid eñ est q̄ accēdimur in dilectionem pauli apostoli: cum ista legimus: nisi q̄ credimus euz ita vixisse: Viuendū tamē sic esse dei ministris: nō de aliquibus auditū credimus: sed intus apud nos vel potius supra nos in ipsa veritate conspicimus. Illum ergo quē sic vixisse credimus: ex hoc q̄ videmus diligimus. Et nisi hanc formā quā semp stabilē atq̄ incōmutabilē cernimus: precipue diligeremus: non ideo diligeremus illū: quia eius vitam cū in carne viueret: huic forme coaptatā ⁊ congruentem fuisse: fide retinemus. Sed nescio quomō amplius ⁊ in ip⁹ forme caritatē excitamur: ꝑ fidem qua credimus vixisse sic aliquez: et spem qua nos quoq̄ ita posse viuere qui homines sum⁹: ex eo q̄ aliqui homines ita vixerunt minime desperamus: vt hoc ⁊ desideremus ardentius: ⁊ fidentius precemur. Ita ⁊ ipsorum vitam facit a nobis diligi forme illius dilectio scōm quā vixisse credunt: ⁊ illoruz vita credita: in eandē formā flagrantioreꝫ excitat caritatem: vt quanto flagranti⁹ diligimus deū: tāto certius sereniusq̄ videamus: cui in deo conspicimus incōmutabilē formā iustitie: scōm quam hominē viuere oportere iudicamus. Valet ergo fides ad cognitionē ⁊ ad dilectionez dei: non tanq̄ omnino incogniti: aut omnino nō dilecti: sed quo cognoscatur manifesti⁹: ⁊ quo firmius diligatur.

¶ De amante et quod amatur et amore. ¶ Capi. x.

Quid est autem dilectio vel caritas quam tantopere scriptura diuina laudat ⁊ predicat: nisi amor boni. Amor aūt alicuius amantis est: ⁊ amore aliquid amat. Ecce tria sunt: amans: et quod amatur: ⁊ amor. Quid ē ergo amor nisi quedam vita duo aliqua copulās: vel copulare appetens: amantē scilicet ⁊ quod amatur: ⁊ hoc etiā in extremis carnalibusq̄ amoribus ita est. sed vt aliquid purius ⁊ liquidius hauriam⁹: calcata carne ascendamus ad animū. Quid amat animus in amico nisi animū. ⁊ illic igit tria sūt: amās: ⁊ qđ amat: ⁊ amor. Restat etiā hinc ascendere ⁊ supius ista querere: quantū hōmini dat. Sed hic paululū requiescat intentio: nō vt se iam existimet inuenisse qđ querit: ß sicut solet iueniri locus vbi iam querendū est aliq̄d nōdū illud inuentū est: ß iā inuentū est vbi querat: ita hoc dixisse sufficerit: vt tanq̄ ab articulo alicuius exordij cetera conteramus.

¶ Explicit liber octauus.

Incipiunt capitula libri noni.

j De deo semp querēdo.

ij De amore: an tria sint amans: et qđ amatur: et amor. an autē duo sint cum quis non alium q̄ seipsum diligit.

iij De mente et noticia ei⁹ et voluntate.

iiij Tria esse in anima: que sunt vnum: mentem: et noticiam sui: et amorē.

v Qz mens: et amor: et noticia: et singula in se maneant: et omnia in omnibus.

vj De noticia qua mēs nō soluz se: sed etiā alias mentes nosse regulariter potest.

vij De verbo quod mens ex eterna cōcipit veritate.

viij Quali amore diligi debeat creatura.

ix Quo differat dilectio rerū spiritaliū ab amore carnaliū.

x Nō omnia que noticia cōprehendit dici posse ꝓcepta.

xj Concepte noticie similitudinem tūc ad equalitatem mentis accedere: cum id quod cognoscitur neq̄ inferioris neq̄ supioris nature est.

xij Cur sicut noticia mentis est proles: non etiam amor partus eiusdem sit.

Aurelij augustini episcopi liber nonus incipit.

De deo semper querendo. Capitulū. j.

Trinitatē certe querimus: non quālibet: sed illam trinitatem que deus est: verusq̄ ac summus: et solus deus. Expecta ergo quisquis hec audis. Adhuc enim querimus. Et talia querentem nemo iuste reprehendit: si tamē in fide firmissim⁹ querat. quod aut nosse: aut eloqui difficillimū est. Affirmantē vero cito iusteq̄ reprehendit quisquis meli⁹ vel videt vl docet.

Ps. 68 Querite inquit deū: et viuet anima vestra.

Ps. 104 Et ne quisquā se tanq̄ apprehēdisse temere gaudeat: querite inquit faciē eius semp.

j. Cor. 8 Et apostolus. Si quis se inquit putat aliquid scire: nōdum scit quemadmodū scire oporteat. Quisquis aūt diligit deū: hic cognitus est ab illo. Nec sic quidem dixit: cognouit illū (q̄ piculosa ꝓsumptio est) s̄ cognitus est ab illo. Sed et alibi cuz dixisset: Gal. 4 Nūc aūt cognoscētes deū: statiz corrigēs: imo cogniti inquit a deo. maxieq̄ illo loco: Philip. 3 Fratres inquit ego meip̄suz nō arbitroz apprehēdisse. Vnū aūt: que retro oblit⁹ in ea que ante sunt extent⁹: scōm intentionez sequoz ad palmā supne vocatiōis dei in xpo iesu. Quotquot ergo pfecti: hoc sapiam⁹. Perfectionē i hac vita dic: nō aliud q̄ ea que retro sūt obliuisci: et in ea que añ sūt extendi secundū intentionē. Tutissima ē eñ querētis intētio: donec appḥendat illud q̄ tendim⁹ et quo extēdimur. Sed ea recta intentio est que ꝓficiscit a fide. Certa eñ fides vtcūq̄ inchoat cognitionē. Cognitio vo certa nō pficiet: nisi post hāc vitā: cū vi j. Cor. 13 debim⁹ facie ad faciē. Hoc ergo sapiam⁹ vt nouerim⁹ tutiorē esse affectū vera querendi: q̄ incognita ꝑ cognitis presumēdi. Sic ergo queram⁹ tanq̄ inuenturi: et sic inueniam⁹ tanq̄ quesituri. Cū eñ ꝓsūmauerit homo: tūc incipit. Be credēdis nulla infidelitate dubitem⁹. de intelligendis nulla temeritate affirmemus. In illis auctoritas tenēda est: in his veritas exquirenda. Nō ergo ad istā questionē attinet: credam⁹ patrē et filiū et spiritūsanctū esse vnū deū: vniuerse creature ꝓditorē: atq̄ rectorem. Nec patrē esse filiū. nec spiritūsanctū vel patrē esse vel filiū: s̄ trinitatē relatarū adinuicem ꝓsonaꝝ: et vnitatē equalis eēntie. Hoc aūt queram⁹ intelligere ab eo ipo quē intellige re volumus auxiliū ꝓcantes. et quantū tribuit: qđ intelligim⁹ explicare tanta cura et sollicitudine pietatis: vt etiā si aliquid aliud ꝑ alio dicimus: nihil tamen indignum dicamus. Vt si quid: verbi gratia: de patre dicimus quod patri proprie non cōueniat: aut filio conueniat aut spiritui sancto aut ipsi trinitati: et si quid de filio qđ filio ꝓprie nō congruat: saltē congruat patri: aut spiritui sancto: aut trinitati. Itē si qđ de spiritusancto qđ ꝓprietatē spiritussancti nō deceat: nō tñ alienuz sit a pre aut filio: aut ab vno deo ipa trinitate. veluti nūc cupimus videre vtrum illa excellentissima caritas proprie spiritussanctus sit. quod si non est aut pater est caritas: aut filiꝰ: aut ipsa trinitas: qm̄ resistere nō possumus certissime fidei: et validissime auctoritati scripture dicentis: Deꝰ caritas est: non tñ debem⁹ deuiare sacrilego errore: vt aliquid de trinita- j. Joh. 4

te dicam⁹: qđ nõ creatori: sed creature potius conueniat: aut inani cogitatiõe fingatur. Que cũ ita sint: attẽdam⁹ ista tria: que inuenisse nobis videmur. Nõdum de supnis loquimur: nõdũ de deo patre et filio et spiritusancto: sed de hac impari imagine. et cũ imagine. id est homine. familiari⁹ eñ eam ⁊ facilius fortassis intuet mentis nostre infirmitas.

¶ An tria sint amãs et quod amatur et amor. An autem duo sint cũ quis non aliũ q̃z seipsum diligit. ¶ Capitulũ. ij.

Ece ego qui hoc quero: cuz aliq̃d amo tria sũt: ego: ⁊ qđ amo: et ipe amor. Non eñ amo amorem: nisi amantẽ amem. Nã nõ est amor: vbi nihil amat. Tria ergo sunt: amãs: ⁊ qđ amatur: ⁊ amor. Quod si non amem nisi meipsuz: nõne due erũt qđ amo: ⁊ amor: Amãs eñ ⁊ qđ amat hoc idẽ est: qñ se ipe amat: sicut amare ⁊ amari: eodẽ modo idipsum est cũ se quisq̃z amat. Eadẽ quippe res bis dicit: cũ dicit: amat se: ⁊ amat a se. Nũc eñ nõ ẽ aliud atq̃z aliud amare ⁊ amari: sicut non est alius atq̃z alius: amans et amatus. At vero amor: ⁊ qđ amat: etiã sic duo sũt. Nõ enim quisq̃s se amat amor est: nisi cũ amat ipe amor. Aliud est aũt amare se: aliud est amare amorẽ suũ. Nõ eñ amat amor: nisi iam aliquid amans. quia vbi nihil amat: nullus est amor. Duo ergo sunt: cũ se quisq̃z amat: amor ⁊ qđ amat. Nũc eñ amans ⁊ quod amat vnũ est. Unde videt nõ esse consequẽs: vt vbicũq̃z amor fuerit: iaz tria intelligant. Auferam⁹ eñ ab hac consideratione cetera q̃ multa sunt quib⁹ homo cõstat: atq̃z vt hec q̃ nũc requirim⁹ quantũ in his rebus possum⁹ liquido reperiam⁹: de sola mente tractem⁹. Mẽs igit cũ amat se ipsam: duo q̃dam ostẽdit: mentẽ ⁊ amorẽ. Quid est aũt amare se: nisi sibi põsto eẽ velle ad fruẽdũ se: Et cũ tñ se vult esse quantũ est: par mẽti volũtas est: ⁊ amanti amor equalis. Et si aliqua substãtia est amor: nõ est vtiq̃z corpus: sed spiritus. nec mẽs corpus: sed spiritus est. Neq̃z tñ amor ⁊ mens duo spirit⁹: sed vn⁹ spirit⁹. nec essentie due: sed vna. ⁊ tñ duo quedã vnũ sunt: amãs ⁊ amor: siue sic dicas qđ amat: ⁊ amor. Et hꝫ quidẽ duo: relatiue adiuicẽ dicunt. Amãs quippe ad amorẽ refert: ⁊ amor ad amantẽ Amãs eñ aliquo amore amat: ⁊ amor alicui⁹ amãtis est. Mẽs vo ⁊ spũs nõ relatiue dicunt: sed essentiã demõstrãt. Nõ enim qz mẽs ⁊ spirit⁹ alicui⁹ bois est: ideo mens ⁊ spirit⁹ in se non manet. Retracto eñ eo quod homo est: qđ adiuncto corpe dicit: mẽs ⁊ spirit⁹ manet. Retracto aũt amante nullus est amor: ⁊ retracto amore null⁹ est amãs. Ideoq̃z quantũ adinuicẽ referunt: duo sũt. Qz aũt ad se dicũt: ⁊ singula spiritus: ⁊ sil̃ vtrũq̃z vn⁹ spirit⁹: et singula mẽs: et simul vtrũq̃z vna mens. Ubi ergo trinitas: attẽdamus quantũ possum⁹: ⁊ inuocemus lucẽ sempiternam vt illuminet tenebras nostras: ⁊ videamus in nobis quãtũ sinimur imaginẽ dei.

¶ De mente et noticia eius et voluntate. ¶ Ca. iij.

Mens eñ amare seipsam nõ potest: nisi etiã se nouerit. Naz quõ amat qđ nescit: Aut si quisq̃z dicit ex noticia generali vl̃ speciali mentez credere se esse talẽ: qualẽ alias expta est. ⁊ iõ amare se metipaz insipiẽtissime loquit. Uñ eñ mẽs aliquã mẽtẽ nouit: si se nõ nouit. Neq̃z eñ vt oculos corpis videt alios oculos: ⁊ se non videt. ita mẽs nouit alias mẽtes: ⁊ ignorat semetipaz. Per oculos eñ corpis corpora videm⁹: qz radios q̃ p eos emicant: ⁊ quicquid cernim⁹ tangũt: refringere vel retorquere in ipos nõ possum⁹: nisi cuz specula intuemur. Qđ subtilissime obscurissimeq̃z disserit: donec aptissime demõstret: vel ita se rẽ habere vl̃ nõ ita. Sed quoq̃ mõ se habeat vis qua p oculos cernim⁹: ipam certe vim: siue sint radij: siue aliud aliq̃d oculis cernere nõ valem⁹: ꝫ mentẽ q̃rim⁹. ⁊ si fieri põt: etiã hꝫ mẽte comphẽdim⁹. Mẽs g̃ ipa sic corpeaz reruz noticias p sensus corpis colligit: sic incorporearũ rerũ p semetipaz. Ergo ⁊ semetipaz p seipaz nouit: qñ est incorpea. Nã si nõ se nouit: nõ se amat.

¶ Tria esse in anima que sũt vnũ. mentẽ ⁊ noticiã sui ⁊ amorem. ¶ Capitulũ. iiij.

Icut aũt duo quedaz sunt: mẽs ⁊ amor ei⁹ cũ se amat. ita q̃daz duo sũt mens ⁊ noticia ei⁹ cũ se nouit. Igit ipa mẽs ⁊ amor: ⁊ noticia eius: tria q̃dã sũt. ⁊ hec tria vnũ sũt: ⁊ cũ pfecta sunt: eq̃lia sũt. Si eñ min⁹ se amat q̃z est: vt vbi gratia: tñ se amat hominis mẽs quantum amandũ est corp⁹ bois: cũ plus sit ipsa q̃z corp⁹: peccat. ⁊ nõ ẽ pfect⁹ amor ei⁹. Item

si amplius se amat q̄ est: velut si tantum se amet quantū amand⁹ est deus: dum incō parabiliter minus sit ipsa q̄ deus: etiam sic nimio peccat ⁊ non pfectum habet amorem sui. Maiore autē peruersitate ⁊ iniquitate peccat: cum corpus tantū amat quantum amandus est deus. Item noticia si minor est: q̄ est illud quod noscit: ⁊ plene noſci potest: pfecta non est. Si aūt maior est: iam supior est natura que nouit q̄ illa que nota est. sicut maior ē noticia corporis: q̄ ipsum corpus quod ea noticia notum est. Illa enim vita quedā est in ratione cognoscentis: corpus autez non est vita. Et vita quelibet quolibet corpore maior ē: nō mole sed vi. Mens vero cum seipsam cognoscit: non se supat noticia sua: qz ipsa cognoscit: ipsa cognoscitur. Cum ergo se totā cognoscit. neq̄ secuz quicq̄ aliud: par illi est cognitio sua: qz neq̄ ex alia natura est eius cognitio: cum seipsam cognoscit. Et cum se totam nihil ampli⁹ pcipit: nec minor nec maior est. Recte igitur dixim⁹ hec tria cuz perfecta sunt: esse cosequēter equalia. Simul etiam admonemur: si vtcunq̄ videre possumus hec in anima exīstere: ⁊ tanquā inuoluta euolui: vt sentiantur ⁊ dinumerē tur substantialiter: vel vt ita dicam: essentialiter: non tanq̄ in subiecto: vt color aut figura i corpore: aut vlla alia qualitas: aut quantitas. Quicquid eñ tale est: non excedit subiectum in quo est. Non eñ color iste aut figura huius corporis potest esse et alterius corporis. Mens autē amore quo se amat potest amare ⁊ aliud pter se. Itē non se solam cognoscit mēs: sed ⁊ alia multa. Quobrem non amor et cognitio tanq̄ in subiecto insunt menti: sed substātialiter etiam ista sunt sicut ipsa mens: quia ⁊ si relatiue dicuntur ad inuicē. in sua tamē sunt singula quecq̄ substantia. Non sicut color ⁊ coloratum relatiue ita dicunt adinuicez: vt color in subiecto colorato sit: nō habens in seipso propriam substantiā: quoniā coloratum corpus substantia est: illa autez in substantia. sed sicut duo amici etiā duo sūt homines: que sunt substantie cū homines non relatiue dicantur: amici autē relatiue. Sed item q̄uis substātia sit amans vel sciens: substātia sit sciētia: substātia sit amor: sed amans ⁊ amor: aut sciens ⁊ scientia: relatiue ad se dicantur sicut amici. Mēs vo aut spiritus non sunt relatiua: sicut nec homines relatiua sunt. non tamen sicut amici homines possunt seorsum esse abinuicē. sic amans ⁊ amor: aut sciens et scientia. Qz q̄ ⁊ amici corpore videtur seperari posse: nō animo: inquantū amici sunt: veruntamen fieri potest: vt amicus amicuz etiam odisse incipiat: ⁊ eo ipso amicus esse desinat: nesciēte illo: ⁊ adhuc amāte. Amor aūt quo se mens amat: si esse desinat: simul ⁊ illa desinit esse amans. Item noticia qua se mēs nouit: si esse desinat: simul ⁊ illa nosse se desinet. Sicut caput capitati alicui⁹ vtiq̄ caput est: ⁊ relatiue ad se dicuntur: q̄uis etiā substātie sint. Nam ⁊ caput corpus est: et capitatum. Et si nō sit corpus: nec capitatum erit. Sed hec precisiōe abinuicē separari possunt: illa non possunt. Qz si sunt aliqua corpora q̄ secari omnino ⁊ diuidi nequeunt: tamē nisi partibus suis constarent corpora non essent. pars ergo ad totū relatiue dicitur: quia omnis pars alicuius totius pars est: ⁊ totū omnibus partibus totum est. Sed quoniā ⁊ pars corp⁹ est ⁊ totum: non tantū ista relatiue dicūtur: sed etiam substantialiter dicūtur. Fortassis ergo mens totum est: ⁊ eius quasi partes amor quo se amat: ⁊ scientia qua se nouit: quib⁹ duabus partibus illud totum constat. An tres sunt equales partes quibus totū vnū completur: Sed nulla pars: totū cui⁹ pars est complectit. Mens vo cum se totaz nouit: hoc est pfecte nouit q totuz eius est noticia eius. Et cū se perfecte amat: totam se amat: ⁊ q totū eius est amor eius. Num ergo sicut ex vino ⁊ aqua ⁊ melle vna fit potio: ⁊ singula q totū sunt: ⁊ tamen tria sunt. nulla eñ pars est potionis que nō habeat hec tria. Nō eñ iūcta velut si aqua et oleū essent: sed omnino cōmixta sunt: et substātie sūt omnes: ⁊ totus ille liquor vna quedam est ex trib⁹ cōfecta substātia. Tale aliquid arbitrandū est esse simul hec tria: mētem: amorē: noticiā. sed nō vnius substātie sunt aqua: vinū: et mel: q̄uis ex eoz commixtione fiat vna substātia potiōis. Quomodo aūt illa tria nō sūt eiusdē substātie nō video: cuz mēs ipa se amet: atq̄ ipa se nouerit: atq̄ ita sint ꝫ tria: vt nō alteri alicui rerū mēs vel amata vel nota sit. Cuius ergo eiusdēq̄ essentie necesse ē hec tria sint: ⁊ ideo si tanq̄ cōmixtiōe cofusa essent: nullo modo essent tria: nec referri adinuicē possent. Quemadmodum si ex vno eodemq̄ auro tres anulos similes facias: q̄uis connexos sibi referunt adinuicē q similes sūt.

Omnis enim similis: alicui similis est: ⁊ trinitas anuloꝝ est: ⁊ vnū aurum. Ait si misceantur sibi ⁊ per totā singuli massam suā cōspergant: intercidet illa trinitas: ⁊ omnino non erit. ac non soluꝝ vnum aurū dicetur: sicut in illis tribus anulis dicebat: sed iam nulla aurea tria.

¶ Q mens et amor et noticia et singula in se maneant et omnia in omnibus. ¶ Ca. v.

VT in illis tribus cū se nouit mens et amat se: manet trinitas: mens: amor: noticia: ⁊ nulla cōmixtione confundit: q̄uis ⁊ singula sint in seipsis: et inuicē tota in totis: siue singula in binis: siue bina in singulis. Itaq; omnia in omnibus. Nam ⁊ mens est vtiq; in seipsa: quoniam ad seipsam mens dicit: q̄uis noscēs vel nota: vel noscibilis: ad suam noticiam relatiue dicatur. Amās quoq; ⁊ amata vt amabilis ad amorē referatur: quo se amat ⁊ noticia. q̄uis referatur ad mentē cognoscentem vel cognitā: tamē ⁊ ad seipsam nota ⁊ noscens dicit. Non eñ sibi est incognita noticia: qua se mens ipsa cognoscit. Et amor q̄uis referatur ad mentē amantē cuius amor est: tamē ⁊ ad seipm est amor: vt sit etiā in seipso: quia et amor amatur. Nec alio nisi amore amari pōt: id est seipso. Ita sunt hec singula in seipsis. In alternis aūt ita sunt: quia ⁊ mens amans i amore est: et amor in amantis noticia: ⁊ noticia in mente noscente. Singula in binis ita sunt: quia mens que se nouit ⁊ amat: in amore ⁊ noticia sua est. ⁊ amor amantis mētis seseq; scientis: in mente noticiaq; eius est. Et noticia mentis se scientis: et amantis in mente atq; in amore eius est: quia scientē se amat ⁊ amantē se nouit. Ac p hoc ⁊ bina in singulis: quia mens que se nouit ⁊ amat: cum sua noticia est in amore: ⁊ cū suo amore in noticia. Amor q̄ppe ipse ⁊ noticia simꝰ sūt i mente: que se amat et nouit. Tota vero in totis: quēadmodū sunt: iā supra ostēdimꝰ: cuꝝ se tota mens amat: ⁊ totā nouit: ⁊ totū amorē suum nouit: totamq; amat noticiaꝝ suā: quando tria ista ad seipsa pfecta sunt. Adhuc itaq; modo tria ista inseparabilia sūt a semetipsis: ⁊ tamē eoruꝝ singulū quodq; substantia est: ⁊ simul omnia vna substātia vel essentia: cum et relatiue dicantur adinuicem.

¶ De noticia qua mens non solū se: sed etiam alias mētes nosse regulariter potest. ¶ Ca. vj.

SEd cū seipam nouit humana mēs ⁊ amat seipam: non aliquid incōmutabile nouit et amat: aliterq; vnusquisq; homo loquendo enūciat mentem suā: quid in se ipso agatur attendens. Aliꝰ aūt humanā mentē speciali aut generali cognitione diffinit. Itaq; cum mihi de sua propria loquitur: vtruꝝ intelligat hoc: aut illud: aut non intelligat: ⁊ vtrum velit aut nolit hoc aut illud: credo. Cuꝝ vero de humana specialiter aut generaliter verum dicit: agnosco ⁊ approbo. Unde manifestū est aliud vnumquēq; videre in se: quod sibi alius dicenti credat: non tamen videat. aliud autē in ipsa veritate quod aliꝰ quoq; possit intueri. quoꝝ alterū mutari per tempora: alterū incōmutabili eternitate consistere. Necq; eñ oculis corporeis mītas mētes videndo p similitudinē colligimus: generalem vel specialē mentis humane noticiam: sed intuemur inuiolabilez veritatem ex qua pfecte quantū possumꝰ diffiniamꝰ. nō qualis sit vniuscuiusq; hominis mens: sed qualis esse sempiternis rationibus debeat. Unde etiam phantasias rerū corporaliū p corporis sensum haustas ⁊ quodā modo infusas memorie: ex quibus etiā ea que non visa sunt ficto phantasmate cogitātur: siue aliter q̄ sunt: siue fortuitu sicuti sunt: aliis omnino regulis supra mentē nostram incōmutabiliter manentibus: vel approbare apud nosmetipsos: vel improbare conuincimur: cum recte aliquid approbamus aut improbamus. Nam cū ⁊ recolo carthaginis menia que vidi: ⁊ cuꝝ fingo alexandrie que non vidi: easdēq; imaginarias formas quasdaꝝ quibusdaꝝ preferēs: rationabiliter pfero: viget ⁊ claret desuper iudicium veritatis: ac sui iuris incoꝝruptissimis regulis firmuꝝ est. Et i corporalium imaginū quasi quodam nubilo subteritur non tamē inuoluit atq; confundit. Sed interest vtrū ego sub illa: vel in illa caligine: tanq; a celo pspicuo secludar: an sicut i altissimis montibꝰ accidere solet: inter vtrūq; aere libero fruens: ⁊ serenissimā lucē supra: ⁊ densissimas nebulas subter aspiciā. Nam vnde in me fraterni amoris inflammat ardor: cū audio vir aliquez pro fidei pulchritudie ⁊ firmitate: acria tormēta tolerasse: Et si mihi digito oñdat ipe homo:

studeo mihi cõiungere: notũ facere: amicitia colligare. Itaq; si facultas datur: accedo: alloquor: sermonẽ confero: affectũ meum in illum quibus verbis possũ exprimo: vicissimq; in eo fieri quẽ in me habeat atq; exprimi volo. spiritalemq; complexũ credendo molior: quia puestigare tam cito et cernere penitus eius interiora nõ possum. Amo itaq; fidelem & fortẽ virũ: amore casto atq; germano. Quod si mihi inter nostras loquelas fateatur: aut incautus aliq; modo sese indicet: quod vẽl de deo credat incõgrua: atq; in illo quoq; carnale aliqd desideret: & pro tali errore illa pertulerit: vl sperate pecunie cupiditate: vel inani auiditate laudis humane: statim amor ille quo i eum ferebar offensus: & quasi repercussus: atq; ab indigno homine ablatus: in ea forma permanet: ex qua eũ talẽ credens amaueram. Nisi forte ad hoc amo iam vt talis sit: cum talẽ non esse comperero. At in illo homine nihil mutatũ est: mutari tamẽ potest vt fiat: quod eum iam esse credideraz. In mente autẽ mea mutata est vtiq; ipa existimatio: que de illo aliter se habebat: & aliter habet. Idẽq; amor ab intentione pfruendi: ad intentionẽ pfulendi: incõmutabili desup iustitia iubente deflexus est. Ipsa vero forma inconcusse ac stabilis veritatis: & in qua fruerer homine: bonũ eũ credens. & in qua eum consulo: vt bonus sit: eadem luce incorruptibilis sinceriſſimeq; ratiõis: & mee mentis aspectũ: & illaz phantasie nubem quã desuper cerno cum eundẽ hominem quẽ viderã cogito in pturbabili eternitate perfundit. Item cuz arcum pulchre et equaliter intortũ quẽ vidi: verbi gratia: carthagini animo reuoluo: res quedã mẽti nunciata p oculos memorieq; transfusa imaginariũ conspectũ facit. Sed aliud mẽte conspicio scõm qõ mihi opus illud placet: vnde etiã si displiceret: corrigerẽ. Itaq; de istis secundũ illam iudicamus: & illã cernim⁹ rationalis mẽtis intuitu. Ista vero aut pẽsentia sensu corporis tangim⁹: aut imagines absentiũ fixas in memoria recordamur: aut ex earum similitudine talia fingimus: qualia nosipsi si vellemus atq; posemus: etiam opere moliremur. Aliter eñ figurantes animo imagines corpor: aut p corpus corpora videtes. aliter autẽ rationes artemq; ineffabiliter pulchrã talium figurarũ sup aciem mentis simplici intelligẽtia capientes:

De verbo quod mens ex eterna concipit veritate. Ca. vij.

In illa igit eterna veritate ex qua temporalia facta sunt omnia: formaz secundũ quã sumus: & scõm quã vel in nobis vel in corporibus vera & recta rõne aliquid opamur visu mẽtis aspicim⁹: atq; inde conceptã rerũ veracem noticiaz: tãq; verbũ apud nos habemus: & dicendo int⁹ gignimus: nec a nobis nascendo discedit. Cum autẽ ad alios loquimur: verbo intus manenti ministeriũ vocis adhibemus. aut alicuius signi corporalis: vt p quandã cõmemorationẽ sensibilẽ tale aliquid fiat etiam in animo audientis: quale de loquẽtis animo nõ recedit. Nihil itaq; agimus per membra corporis in factis dictisq; nostris: quibus vel approbant vel improbant mores hominũ: quod nõ verbo apud nos intus edito pueniamus. Nemo eñ volens aliquid facit: quod nõ in corde suo prius dixerit. Qõ verbũ amore cõcipitur: siue creature: siue creatoris. id est aut nature mutabilis: aut incõmutabilis veritatis.

Quali amore diligi debeat creatura. Capitulũ. viij.

Ergo aut cupiditate: aut caritate: non quo nõ sit amanda creatura: sed si ad creatorez referat ille amor: non iam cupiditas sed caritas erit. Tunc enim est cupiditas cum propter se amatur creatura. tunc non vtentem adiuuat: sed corrumpit fruentem. Cuz ergo aut par nobis: aut inferior creatura sit: inferiore vtendum est ad deũ. pari autẽ fruenduz: sed in deo. Sicut eñ teipso: non in teipso frui debes: sed in eo qui fecit te. Sic etiaz illo: quẽ diligis: tanquã teipsuz. & nobis ergo & fratribus in domino fruamur. & inde nos nec ad nosmetipsos remittere: et quasi relaxare deorsum versus audeamus. Nascit aũt verbũ cum excogitatũ placet: aut ad peccandũ: aut ad recte faciendũ. Verbũ ergo nostrum & mentem de qua gignitur quasi medius amor coniungit: secq; cum eis tertium complexu incorporeo sine vlla confusione constringit.

Quo differat dilectio rerũ spiritalium ab amore carnalium. Capitulũ. ix.

Conceptũ aũt verbum & natum id ipm est: cũ volũtas in ipsa notitia pquiescit: qõ fit i amore spiritaliũ.

Qui eni: vbi gratia: pfecte nouit: pfecteq̃ amat iusticiã: iam iustus est: etiam si nulla existat secundũ eã forinsecus p mẽbra corporis operandi necessitas. In amore autẽ carnaliũ temporaliũq̃ reruz. sicut in ipsis animaliũ fetibus: alius est conceptus verbi: alius partus. Illic em̃ qd̃ cupiendo cõcipitur: adipiscendo nascitur. Quoniã nõ sufficit auaricie nosse: ⁊ amare aurũ: nisi et habeat. Neq̃ nosse ⁊ amare vesci: aut concũbere: nisi etiã id agat: neq̃ nosse ⁊ amare honores ⁊ imperia: nisi ꝓueniãt. Que tamen omnia: nec adepta sufficiũt. Qui em̃ biberit ex hac inquit aqua: sitiet iterũ. Idoq̃ ⁊ in psalmo. Cõcepit inquit dolorẽ ⁊ peperit iniquitatez. Dolorẽ vel laborez dicit concipi: cũ ea concipiunt̃ que nosse ac velle non sufficit: ⁊ inardescit atq̃ egrotat animꝰ indigẽtia: donec ad ea ꝓueniat: ⁊ quasi pariat ea. Unde eleganter in latina lingua parta dicunt̃: ⁊ reperta atq̃ comperta. que verba quasi a partu ducta resonãt. Quia ꝯcupiscẽtia cũ conceperit parit peccatuz. Unde dominꝰ clamat: Uenite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati estis. Et alio loco: Ue p̃gnantibus: ⁊ lactantibꝰ in illis diebus. Cũ itaq̃ ad partuz verbi referret omnia vel recte facta vel peccata: ex ore inq̃t tuo iustificaberis: ⁊ ex ore tuo condẽnaberis: os volẽs intelligi: nõ h̃ visibile: s̃ interius iuisibile cogitationis ⁊ cordis.

Joh. 4
Ps. 7
Jac. j
Math. jj
Ibidẽ. 24

Non omnia que noticia comp̃hẽdit dici posse cõcepta. Ca. x.

Recte ergo querit̃: vtrũ omnis noticia verbũ: an tantuz amata noticia. Nouimꝰ em̃ ⁊ ea que odimus. Sed nec ꝯcepta: nec parta dicẽda sũt animo: que nobis displicent. Nõ enim omnia que quoquo modo tangũt concipiunt̃: vt tantũ nota sint. non tñ verba dicant̃: sicut ista de quibus nunc agimus. Aliter em̃ dicunt̃ verba que spacia tempoꝝ syllabis tenent: siue ꝓnuncient̃: siue cogitent̃. aliter omne qd̃ notum est verbũ dicit̃ animo imp̃ssum quãdiu de mẽoria ꝓferri ⁊ diffiniri potest: q̃uis res ipsa dispiceat. aliter cum placet qd̃ mente concipit̃. Scd̃m quod genus verbi accipiendũ est qd̃ ait apostolus: Nemo dicit dñs iesus: nisi i spiritusancto: cũ scd̃m aliã verbi notionẽ dicant hoc ⁊ illi. De quibꝰ ipse dñs ait: Nõ omnis q̃ dicit mihi domine dñe: intrabit in regnũ celorum. Ueruntamẽ cum ⁊ illa que odimus recte displicent: recteq̃ improbant̃: approbatur eorũ improbatio: ⁊ placet ⁊ verbum est. Neq̃ vitiorũ noticia nobis displicet: s̃ ipsa vitia. Nam placet mihi qd̃ noui: ⁊ diffinio quid sit intemperãtia: ⁊ hoc est v̄buz eiꝰ: sicuti sũt in arte nota vitia. Et recte approbat̃ eoꝝ noticia: cuz discernit cognitor speciẽ priuationẽq̃ v̄tutis: sicut aire: ⁊ negare: esse ⁊ nõ esse. Attamẽ virtute priuari atq̃ in vitium deficere dãnabile est. Et diffinire intemperantiaz verbũq̃ eius dicere ꝑtinet ad artẽ morũ. Esse autẽ intemꝑantẽ ad id pertinet quod illa arte culpat̃. Sicut nosse ac diffinire quid sit soloecismus pertinet ad artẽ loquẽdi: facere autẽ vitiũ est: quod eadẽ arte rep̃hẽditur. Uerbũ ẽ igit̃: quod nũc discernere ac insinuare volumꝰ cũ amore: noticia. Cũ itaq̃ se mens nouit ⁊ amat: iungit̃ ei amore verbũ eiꝰ. Et quoniam amat noticiã: ⁊ nouit amorẽ ⁊ verbũ in amore est: ⁊ amor in verbo: et vtrũq̃ in amante atq̃ dicẽte. Sed omnis scd̃m speciem noticia: similis est ei rei quam nouit. Est em̃ alia noticia scd̃m priuationẽ quaz cum improbamꝰ: loquimur. Et hec priuationis improbatio speciem laudat: ide oq̃ approbatur.

Jac. j
Math. jj
Ibidẽ. 24
j. Cor. j2
Math. 7

Concepte noticie similitudinez tunc ad equalitatem mentis accedere: cum id quod cognoscitur: neq̃ inferioris neq̃ superioris nature est. Capitulũ. xj.

Habet ergo animꝰ nõnullã specie i note silitudinẽ: siue cuz ea placet: siue cũ eiꝰ priuatio displicet. Quocirca inquantũ deũ nouimꝰ: similes sumꝰ. Sed nõ ad equalitatẽ similes: quia nec tãtũ eũ nouimꝰ: quãtũ ipse se. Et quẽadmodum cum per sensum corporis discimus corpora: fit eorum aliqua similitudo in animo nostro: que phãtasia mẽorie ẽ. Nõ em̃ oĩno ip̃a corpora in aĩo sũt: cum ea cogitamus: sed eoꝝ similitudies. Itaq̃ cũ eas ꝓ illis approbamꝰ: erramꝰ. Error nãq̃ est ꝓ alio alteriꝰ approbatio. Melior est tñ imaginatio corꝑis in animo: q̃ illa species corporis: inquãtũ hec in meliore natura est. id est in substãtia vitali sicuti animꝰ ẽ: ita cum deũ nouimꝰ: q̃uis meliores efficiamur q̃ eramꝰ añq̃ nossemꝰ: maxieq̃ cũ eadẽ noticia etiã placita digneq̃ amata v̄bũ est: fitq̃ aliqua dei similitudo illa noticia: tñ inferior est: qꝛ i inferiore natura est. Creatura

quippe animus: creator aũt deus. Ex quo colligitur: quia cuz se mens ipa nouit atq; approbat: sic est eadẽ noticia verbuz eius: vt ei sit par omnino t equale: atq; idẽtidez quia neq; inferiorꝭ essentie noticia est: sicut corporis. neq; superioris sicut dei. Et cum habeat noticia similitudinẽ ad eam rẽ quã nouit. hoc est cuius noticia est: hꝛc habet pfectam t equalẽ qua mens ipsa que nouit est nota. Ideoq; t imago t v̄buz est. qꝛ de illa exprimitur cũ cognoscendo eidem coequatur: et est gignenti equale quod genitum est.

Cur sicut noticia mẽtis est proles: non etiam amor partus eiusdem sit. Ca. xij.

Quid ergo amor: nõ erit imago: nõ verbũ: non genitus: Cur eñ mẽs noticiã suã gignit cum se nouit: et amorem suuz non gignit cũ se amat: Nam si propterea est notionis sue causa quia noscibilis est: amoris etiam sui causa est: quia est amabilis: Cur vtrũq; itaq; non genuerit: difficile est dicere. Hec enĩ questio etiam de ipsa summa trinitate: omnipotentissimo creatore deo: ad cuius imaginez homo factus est: solet mouere hominesꝭ: quos veritas dei per humanã locutionẽ inuitat ad fidem: Cur non spiritus quoq; sanct⁹ a patre deo genitus vel creditꝭ vel intelligitur: vt filius etiam ipe dicatur: Quod nunc in mente humana vtcunq; inuestigare conamur: vt ex inferiore imagine in qua nobis familiari⁹ natura ipsa nostra quasi interrogata respõdet. exercitatiorẽ mentis aciem ab illuminata creatura ad lumen incõmutabile dirigamus. Si tam ẽ veritas ipsa persuaserit: sicut dei verbũ filiũ esse null⁹ christianus dubitat. ita caritatem esse spiritũ sanctum. Ergo ad imaginẽ illaz que creatura est. hoc est ad rationalem mentez: diligentius ꝺ hac re interrogandã considerãdãq; redeamus: vbi temporaliter existens: non nullarũ rerum noticia que ante non erat: t aliquarum rerum amor que antea nõ amabantur distinctius nobis aperit quid dicamus: quia t ipsi locutioni temporaliter dirigende: facilior est ad explicandũ res que in ordine tempoꝛ comprehendit. Primo itaq; manifestuz sit posse fieri vt sit aliquid scibile. id est quod sciri possit: t tamen nesciatur. illud autẽ fieri non posse vt sciatur: quod scibile non fuerit. Cũ liquido tenendum est q; omnis res quãcunq; cognoscimus congenerat in nobis noticiaz sui. Ab vtroq; eñ noticia pariter: a cognoscente t cognito. Itaq; mens cũ seipsaz cognoscit: sola parens est noticie sue: t cognitum eñ t cognitor ipa ẽ. Erat aũt sibi ipa noscibilꝭ: t anteq; se nosset: sed noticia sui non erat in ea: cum seipsa non nouerat: Qꝺ ergo cognoscit se: parem sibi noticiã sui gignit: qa non minus se nouit q̃ est. nec alteri⁹ essentie est noticia eius: non solum quia ipa nouit: sed etiam quia seipsaz: sicut supra diximus. Quid ergo de amore dicẽdũ est: cur non etiã cũ se amat: ipm quoq; amorez sui genuisse videatur: Erat eñ amabilis sibi. t anteq; se amaret: quia poterat se amare sicut erat sibi noscibilis. t anteq; se nosset: quia poterat se nosse. Nam si non sibi esset noscibilis: nunq; se nosse potuisset. Ita si non sibi esset amabilisꝭ: nunq; amare potuisset. Cur itaq; amando se non genuisse dicatur amorem suum: sicut cognoscendo se genuit noticiaz suam: In eo quidẽ manifeste ostenditur hoc amoris esse principium: vnde procedit: ab ipa quidez mente procedit: que sibi ẽ amabilis anteq; se amet. atq; ita principiũ est amoꝛꝭ sui: quo se amat. Sed ideo non recte dicitur genitus ab ea sicut noticia sui qua se nouit: quia noticia iam inuentũ est quod partũ repertum dicitur: qꝺ sepe precedit inquisitio eo fine quietura. Nam inquisitio est appetitus inueniendi: quod idem valet si dicas: reperiendi. Que autẽ repiunt: quasi pariunt: vnde pli similia sunt: vbi nisi in ipsa noticia: Ibi enim quasi expressa formantur: Nam etsi iam erant res quas querendo inuenimus: noticia tamẽ ipsa non erat: quã sicut prolẽ nascentez deputamus. porro appetitus ille qui est inquirendo procedit a querente: t pendet quodammodo. neq; requiescit fine quo intenditur: nisi id quod queritur inuentuz: querenti copuletur. Qui appetit⁹. id est inquisitio: q̃uis amor esse non videatur: quo id quod notũ est: amatur. hoc eñ adhuc vt cognoscatur agitur: tamẽ ex eodem genere quiddam est. Nam voluntas iam dici potest: quia omnis qui querit inuenire vult: t si id queritꝭ qꝺ ad noticiaz pertineat: omnis qui querit nosse vult. Quod si ardenter atq; instanter vult: studere dicitur: quod maxime in assequendis atq; adipiscẽdis q̃buscq; doctrinis dici solet. Par tũ ergo mẽtis antecedit appetit⁹ q̃daz: quo

Gen. j

id quod nosse volumus: querendo ⁊ inueniendo nascitur proles ipsa noticia: ac ꝑ hꝫ appetitus ille quo cõcipitur pariturq; noticia: partus ⁊ proles recte dici non potest. Idemq; appetitus quo inhiatur rei cognoscende: fit amor cognite: dũ tenet atq; amplectitur placitam ꝓlem. id est noticiã gignentiq; coniungit. Et est quedã imago trinitatis: ipsa mens ⁊ noticia eiꝰ: qđ est ꝓles eiꝰ: ac de seipa verbum eius: ⁊ amor tertiꝰ. ⁊ hec tria vnum atq; vna substantia. Nec minor proles: dũ tantaz se nouit mẽs q̃nta est: nec mior amor dũ tantũ se diligit: quãtum nouit ⁊ quanta est.

Explicit liber nonus.

Incipiunt capitula libri decimi.

i De studijs discere amantium quod ignorãt: qđ tñ nõ expeterẽt scire si penitꝰ ignorarẽt.

ij Quibꝰ causis amari videnꝫ cognita: cũ ipa scientia eoꝝ que nescimꝰ expetitur.

iij An incognita sibi sit mens cũ se q̃rit vt nouerit.

iiij De ꝓprijs mentis que nõ potest ignorare.

v In quo mens nosse se debeat: ⁊ a q̃bus abstinere ne eis quasi propriis delectetur: atq; in se minus nouerit.

vj In quibꝰ mẽs de se cogitans possit errare.

vij De opinionibus eorum qui mentez aliquid precipuum corpis esse senserunt.

viij Oꝛ mens nosse se querens: nihil de se corporeũ debet cogitare.

ix Quõ mẽs cognoscit seipam.

x Oꝛ mens nosse se cupiẽs nihil eorũ de se opinari debeat: de quibꝰ scit esse dubitandũ.

xj De memoria: intelligẽtia ⁊ voluntate: in quibꝰ mẽs habz in se quandã imaginẽ diuine trinitatis.

xij De querenda imagine trinitatꝫ etiã in his que anima ex corporis sensibus concipit.

Aurelij augustini epi de trinitate liber decimus incipit.

De studijs discere amantium quod ignorant: quod tamen non expeterent scire si penitus ignorarent. Capitulũ. j.

Nunc ad ea ipsa cõsequenter enodatius explicanda limatior accedat intẽtio: Ac pmũ quia rẽ prorsus ignotã amare omnino nullus potest: diligenter intuendum est cuiusmodi sit amor studentiuz. id est nõ iam scientium: sed adhuc scire cupientiũ quãq; doctrinã. Et in his quippe rebus in quibus non vsitate dicitur studium: solent existere amores ex auditu: dum cuiusq; pulchritudinis fama ad videnduz ac fruendum animus accenditur. quia generaliter nouit corpoꝝ pulchritudines: ex eo q̃ plurimas vidit: ⁊ inest intrinsecus vñ approbetur: cui forinsecus ĩhiatur. Quod cum fit: non rei penitus incognite amor excitatur: cuius genus ita notũ est. Cum autem virũ bonum amamus: cuius faciez nõ vidimus: ex noticia virtutuz amamꝰ: quas nouimꝰ in ipsa veritate. Ad doctrinas autem cognoscendas: plerumq; nos laudantiuz atq; predicantiũ accendit auctoritas. Attamen nisi breuiter impressã cuiusq; doctrine haberemus in animo notionẽ: nullo ad eã discendã studio: flagraremus. Quis enim sciende: verbi gratia: rhetorice vllam curam ⁊ operam impenderet: nisi ante sciret eam dicendi esse scientiam? Aliquãdo etiam ipsaruz doctrinarum fines auditos expertosve miramur: et ex hoc inardescimus facultatem comparare discendo qua ad eos peruenire possimus. Tanq̃ si litteras nescienti dicatur: quandam esse doctrinam qua quisq; valeat: q̃uis longe absenti verba mittere manu facta in silentio: que rursus ille cui mittuntur non auribus: sed oculis colligat: idq; fieri videat. Nõne dũ concupiscit nosse quod id possit: omni studio circa illum finem mouetur: quez iã notum tenet? Sic accendunꝫ studia discentium. Nam qđ quisq; ꝓrsus ignorat: amare nullo pacto potest. Ita etiã signum si quis audiat incognitum: veluti verbi alicuiꝰ sonũ quo quid significeꝫ ignorat: cupit scire quid nam sit: id est sonus ille cui rei cõmemorande institutꝰ sit: veluti audiat cum dicitur temetũ: ⁊ ignorans quid sit: requirat.

Jam itaq; oportet vt nouerit signū esse. id est nō esse inanē illā vocē: sed aliquid ea significari. Alioq̄n iā notū ē ꝫ trissyllabū: ⁊ articulatā speciē suā impssit animo p sensū aurīū. Quid amplius in eo requirat: quo magꝭ inotescat: cuⁱ⁹ oēs lre oiaq; soni spacia nota sunt: nisi qꝛ simul inotuit signū eē: mouitq; sciendi cupiditatē: cuⁱ⁹ rei signum sit. Quo igit amplius notū est: ꝫ nō plene notū est: eo cupit animꝰ de illo nosse quod reliquū est. Si em̄ tm̄mō esse istā vocē nosset: eamq; alicuⁱ⁹ rei signū esse nō nosset: nihil iam quereret de sensibili re: quantū poterat sentiendo pcepta. Quia vō nō soluꝫ esse vocē: sed ⁊ signū esse iā nouit: pfecte id nosse vult. Nec; vllū pfecte signū nosc̄it: nisi cuⁱ⁹ rei signū sit: cog̃sc̄at. Hoc g̃ q̄ ardenti cura querit vt nouerit: studioq; accēsus isistit: nō pōt dici eē sine amore: Quid igit amat: certe em̄ amari aliquid nisi notū nō pōt. Nec; ille istas tres syllabas amat: quas iam notas hꝫ. Qꝛ si hoc in eis amat: qꝛ scit eas significare aliq̄d: non inde nunc agit. nō em̄ hoc nosse querit. Sed in eo qō scire studet quid amet: inq̄rim⁹. qō profecto nōdū nouit. ⁊ propterea miramur: cur amet: qm̄ firmissime nouim⁹ amari nisi nota nō posse. Quid ergo amat: nisi qꝛ nouit atq; intuet in rationib⁹ rerū q̄ sit pulchritudo doctrine: qua ptinent notic̄ie signoꝝ oīm: ⁊ que sit vtilitas in ea peritia: qua int̄ se humana societas sensa cōmunicat: ne sibi hoīm cet⁹ deteriores sint: quauis solitudine: si cogitatiōes suas colloquendo non miscean̄t. Hāc ergo speciē decorē ⁊ vtilꝫ cernit aia: ⁊ nouit: ⁊ amat: eāq; in se perfici studet quantum potest: q̄sq̄s vocū significantiū: quecūq; ignorat: inq̄rit. Aliud est em̄ qō eam in veritatis luce cōspicit: aliud qō in sua facultate ꝓcupiscit. Concupiscit nanq; in luce veritatis: q̄ magnū ⁊ q̄ bonum sit: oīnes: oīm gentiū linguas intelligere ac loqui: nullāq; vt alienigena audire et a nullo ita audiri. Cuⁱ⁹ noticie dec⁹: cogitatione iam cernit: amaturq; res nota: q̄ ita ꝓspicit: atq; inflamat studia discentiū: vt circa eaꝫ moueant̄: eiq; inhient in omni opera: quā impēdunt ꝓsequende tali facultati: vt etiā vsu amplectant̄ qō ratione prenoscunt: atq; ita quisq; cui facultati sepꝓpinquat: ei feruentⁱ⁹ amore iardescit. Eis doctrinis quippe studet vehementⁱ⁹: q̄ capi posse nō desperant̄. Hā cuⁱ⁹ rei adipiscē de spem quisq; nō gerit: aut tepide amat: aut oīno nō amat: q̄uis q̄ pulchra sit videat. Quo circa: qꝛ oīm linguaꝝ scientia fere ab oīb⁹ desperat: sue gētis quisq; marie studet: vt nouerit. Qꝛ si ⁊ illi ad pfectuꝫ pcipiende se nō sufficere sentit: nemo tm̄ tam desidiosus est huⁱ⁹ noticie: qui nō cū audierit incognitū vbū: velit nosse q̄d illud sit: ⁊ si potest: querat ⁊ discat. Qō duꝫ querit: vtiq; in studio discendi est: ⁊ videt amare rem incognitā: qō nō ita est. Species nāq; illa tangit animū quam nouit ⁊ cogitat: in qua elucet dec⁹ ꝓsociandoꝝ animoꝝ: ī vocibus notis audiendis: atq; reddēdis: eaq; accendit studio querētē quidē qō ignorat: sed notā formā quo id ptineat intuentem ⁊ amantē. Itaq; si querenti: verbi gratia: quid sit temetū (ꝫ em̄ exēpli causa posuerā) dicat: quid ad te ptinet: respōdebit Ne forte audiā loquentē: ⁊ nō intelligam: aut vspiam forte id legā: ⁊ q̄d scriptor senserit nesciā. Quis tandē huic dicat: noli intelligere quod audis: noli nosse q̄d legis: Oīb⁹ em̄ fere animus rationalib⁹ ī ꝓmptu est: ad videndū huⁱ⁹ ptie pulchritudo: qua hoīm inter se cogitata: significantiū vocuꝫ enuntiatione nosc̄unt: ꝓpter hoc notū decus: ⁊ ob hoc amatū quia notū: studiose q̄ritur verbū illud ignotū. Itaq; cū audierit atq; cognouerit temetū: a veteribꝰ vinū appellatum: sed iam ex vsu loquēdi quē nūc habem⁹ hocvocabulū emortuū: ꝓpter nō nullos fortasse vetex libros sibi necessariū deputabit. Si aūt ⁊ illos supuacaneos habet: forte iam nec dignū qō memorie commendet existimat: qꝛ videt ad illā speciem doctrine quā notā mēte intuet atq; amat: minime ptinere. Qobrē oīs amor studēt animi: hoc est volētis scire qō nescit: nō est amor eius rei quā nescit: sed eiⁱ⁹ quā scit: ꝓpter quā vult scire qō nescit. aut si tā curiosus est: vt nō ꝓpter causam aliaꝫ notā: sed solo amore rapiat incognita sciēdi: discernendus quidē est a studiosi noīe iste curiosus: sed nec ipe amat incognita: imo congruentius dicit: odit incognita: que nulla esse vult: dū vult oīa esse cognita. Ꝫ ne q̄s quā nobis difficiliorē referat questionē: asserens tā non posse quēq; odisse qō nescit: q̄ non pōt amare qō nescit: nō resistimus verbis: sed itelligendū est: nō hoc idē dici cum dicitur: amat scire incognita: ac si diceretur: amat incognita. Illud enim fieri potest vt amet quisq; scire incognita. vt autem amet incognita nō pōt. Nō em̄ frustra

ibi est positũ scire. Qm̃ qui scire amat incognita: nõ ipsa incognita: sz ip̃m scire amat. Qd̃ nisi haberet cognitũ neqꝫ scire se quicq̃ꝫ posset fidẽter dicere: neqꝫ nescire. Nõ solum eni q̃ dicit scio: et verũ dicit: necesse est vt quid sit scire sciat: sed etiã q̃ dicit nescio: idqꝫ fidẽter ⁊ verũ dicit: et scit verũ se dicere. scit vtiqꝫ quid sit scire: q̃a ⁊ discernit ab sciente nescientẽ: cũ veraciter se intuẽs dicit nescio. Et cũ ipse scit se verũ dicere: vnde sciret: si quid sit scire: nesciret.

Quib⁹ causis amari vident̃ cognita: cũ ip̃a sciẽtia eorũ que nescimus expetitur. Capi. ij.

Quilibet igit̃ studiosus: quilibꝫ curiosus nõ amat incognita: cũ ardẽtissimo appetitu instat scire qd̃ nescit. Aut eni iã genere notũ habꝫ qd̃ amat: idqꝫ nosse expetit: etiã in aliqua re singula: vel in singulis rebus q̃ illi nõdũ note forte laudant̃: fingitqꝫ animo imaginariã formã qua excitet̃ in amorẽ. Unde aũt fingit: nisi ex his que iam nouerat? Cui tñ forme animo figurate atqꝫ in cogitatiõe notissime: si eã que laudabat̃ dissimilẽ inuenerit: fortasse nõ amabit. Qd̃ si amauerit: ex illo amare incipiet ex quo didicit. pauloante q̃ppe alia erat que amabat̃: quam sibi anim⁹ formans exhibere cõsueuerat. Si aũt illi forme similẽ inuenerit quaꝫ fama p̃dicauerat: cui vere possit dicere: iam te amabam. nec tunc vtiqꝫ amabat incognitã: quã in illa similitudine nouerat. Aut in specie sempiterne rõnis videm⁹ aliquid et ibi amam⁹: qd̃ cũ expressum in aliqua rei tp̃alis effigie: illis qui experti sunt laudantib⁹ et amam⁹ et credim⁹: nõ aliquid amam⁹ incognitũ: vñ iam supra satis disseruim⁹. Aut aliquid notum amam⁹: ꝓpter qd̃ ignotũ aliquid querimus. cuius ignoti amor nequaq̃ꝫ nos tenet: sed illius cogniti quo ꝑtinere nouim⁹: vt illud etiã qd̃ adhuc ignotũ querim⁹: nouerim⁹. sicut de incognito verbo pauloante locut⁹ sum. Aut ip̃m scire quisqꝫ amat: qd̃ nulli scire aliq̃d cupiẽti esse incognitũ põt. His causis vidẽt̃ amare incognita: qui scire aliquid volũt qd̃ nesciũt: et ꝓpter ardentiorẽ querendi appetitũ sine amore esse dici nõ possunt. Sz quãq̃ꝫ se res aliter habeat: nec om̃ino quicq̃ꝫ ametur incognitũ: arbitror me ꝑsuasisse verũ diligẽter intuentib⁹. Sz qꝛ exẽpla que dedim⁹ eorũ sunt qui aliquid qd̃ ipsi nõ sunt nosse cupiũt: videndũ est ne forte aliquod nouuꝫ genus appareat cum se ipsa mens nosse desiderat.

An incognita sibi sit mens cũ se querit vt nouerit. Capi. iij.

Quid ergo amat mens: cũ ardenter seipsam querit vt nouerit: dum incognita sibi est? Ecce eni mens semetipsam querit vt nouerit: et inflammat̃ hoc studio. Amat igit̃. Sz q̃d amat? Seipsaꝫ. Quõ: cũ se nõdũ nouerit: nec q̃sq̃ꝫ possit amare qd̃ nescit? An ei fama predicauit speciẽ suã: sicut de absentib⁹ solem⁹ audire? Forte ergo se nõ amat: sz qd̃ de se fingit hoc amat. longe fortasse aliud q̃ꝫ ipsa est. aut si se mens sui similẽ fingit: et ideo cuꝫ hoc figmentũ amat: se amat anteq̃ꝫ nouerit: q̃a id qd̃ sui simile est intuet̃. Nouit igit̃ alias mentes ex quib⁹ se fingat: et genere ipso sibi nota est. Cur ergo cũ alias mẽtes nouit: se nõ nouit: cũ seipsa nihil possit esse presentius? Qꝛ si vt oculis corpis: magꝫ alij oculi noti sunt: q̃ꝫ ip̃i sibi: nõ se ergo querat nũq̃ꝫ inuẽtura. Nunq̃ꝫ eni se oculi preter specula videbũt. Nec vllo mõ putandũ est etiã rebus incorporeis cõtemplãdis tale aliquid adhiberi: vt mens tanq̃ꝫ in speculo se nouerit. An in rõne veritatis eterne videt q̃ꝫ speciosum sit nosse semetip̃am: ⁊ hoc amat: qd̃ videt studetqꝫ in se fieri: q̃a q̃ꝫuis sibi nota non sit: notũ tñ ei est q̃ꝫ bonũ sit vt sibi nota sit. Et hoc quidẽ ꝑmirabile est: nondum se nosse: et q̃ꝫ sit pulchrũ se nosse iã nosse. An aliquẽ finem optimũ. id est securitatẽ ⁊ beatitudinẽ suã videt: per quãdã occultã memoriã que in lõginqua eã ꝓgressam nõ deseruit: et credit ad eundẽ finem: nisi seip̃am cognouerit se ꝑuenire nõ posse? Ita dũ illud amat hoc querit: et notum amat illud ꝓpter qd̃ querit ignotũ. Sed cur memoria beatitudinis sue potuit: et memoria sui cuꝫ ea perdurare non potuit: vt tam se nosset q̃ vult ꝑuenire: q̃ꝫ nouit illud quo vult ꝑuenire? An cũ se nosse amat: nõ se quã nõdũ nouit: sed ip̃m nosse amat: acerbiusqꝫ tolerat seipsaꝫ deesse sciẽtie sue: qua vult cũcta cõprehẽdere? Nouit aũt q̃d sit nosse: et dũ hoc amat qd̃ nouit: etiã se cupit nosse. Ubi ergo nosse suũ nouit si se nõ nouit: nam nouit qd̃ alia nouerit: se autẽ nõ nouerit. hinc eni nouit: et q̃d sit nosse. Quo pacto igit̃ se aliq̃d scientem scit: que seipsam nescit. neqꝫ eni alterã mentẽ scientẽ scit sz seip̃am. Scit igit̃ seipsam. Deinde cũ se querit vt nouerit: querentẽ se iam nouit. Jam se ergo nouit. Quapropter nõ põt om̃ino nescire se.

Que dum se nescientē scit: se vtiq̄ scit. Si aūt se nesciētē nesciat: nō se querit vt sciat. Quapropter eo ipso quo se querit: magis se sibi notam q̄ ignotā esse cōuincit. Nouit enī se querentē atq̄ nescientē: dum se querit vt nouerit. Quid ergo dicemus? An qd̄ ex parte se nouit: ex parte nō nouit? Sz absurduz est dicere: nō eam totā scire qd̄ scit. Non dico totū scit: sed quod scit: tota scit. Cum itaq̄ aliquid de se scit: qd̄ nisi tota nō pōt: totā se scit. Scit aūt se aliq̄d sciētē: nec pōt quicq̄ scire nisi tota. Scit se igit totaz. Deinde q̄d eius ei tā notū est q̄ se viuere.

De proprijs mentis que nō potest ignorare. Ca. iiij.

Non potest aūt et mens esse et non viuere: quādo habet etiā amplius vt intelligat. Nam ꝛ anime bestiarū viuūt: sz nō intelligūt. Sicut ergo mens tota mēs est: sic tota viuit. Nouit aūt viuere se. Totā se igit nouit. Postremo cū se nosse mēs querit: mentē se esse iā nouit. alioquin vtrū se querat ignorat: et aliud pro alio forsitan querat. Fieri enī pōt vt ip̄a nō sit mēs: atq̄ ita dum mentē nosse querit: nō seip̄am querat. Quapropter qm̄ cū querit mens quid sit mens: nouit qd̄ se querat. profecto nouit qd̄ ipsa sit mens. porro si hoc in se nouit qd̄ mens est: et tota mens est: totam se nouit. Sed ecce nō se nouerit esse mentē. cū autē se querit: hoc tantūmō nouerit qd̄ se querat. Pōt enī etiā sic aliud ꝓ alio querere: si hoc nescit. vt aūt nō querat aliud pro alio: ꝓculdubio nouit quid querat. At si nouit quid querat: et seip̄am querit: seip̄am vtiq̄ nouit. Quid ergo adhuc querit: q̄ si ex parte se nouit: ex parte aūt adhuc querit: nō seipsam: sed partē suā querit. Cum enī ea ip̄a dicit: tota dicit. Deinde qꝛ nouit nondū se a se inuentā totā: nouit quāta sit tota. Atq̄ ita querit quod deest: quēadmodū solem⁹ querere vt veniat in mentē qd̄ excidit. nec tn̄ penitus excidit: qꝛ pōt recognosci cū venerit hoc esse quod querebat. Sz quomō mens veniat in mentē quasi possit mens in mente nō esse: huc accedit qꝛ si parte inuēta non se totā querit: tn̄ tota se querit. Tota ergo sibi presto est: et quid adhuc queratur nō est: hoc enī deest quod querit: nō illa que querit. Cum itaq̄ tota se querit nihil eius deest. Aut si non tota se querit: sz pars que inuēta est: querit partē que nōdū inuēta est. Non se ergo mēs querit cuius se nulla pars querit. pars enim que inuenta est: non se querit. pars aūt que nondū inuenta est: nec ipsa se querit: qm̄ ab ea que iam inuenta est parte nō querit. Quocirca quia nec tota se mens querit: nec pars eius vlla se querit: se mens om̄ino nō querit.

In quo mēs nosse se debeat: et a quib⁹ abstinere ne eis quasi proprijs delectet atq̄ in se minus nouerit. Capitu. v.

Vt quid ergo ei preceptū est: vt seipsam cognoscat: credo vt seipsaz cogitet: ꝛ ꝑm naturam suam viuat. id est vt ꝑm naturaz suam ordinari appetat: sub eo scz cui subdenda est: supra ea quib⁹ preponenda est. sub illo a quo regi debet. supra ea que regere debet. Multa enī per cupiditatē prauam tanq̄ sui sit oblita: sic agit. Videt enim quedā intrinsecus pulchra: in prestantiore natura que deus est. Et cū instare debeat vt eis fruat: volens ea sibi tribuere: et nō ex illo: similis illius: sz ex seipsa esse quod ille est: auertit ab eo: moueturq̄ et labit in minus et min⁹: quod putat amplius ꝛ ampli⁹: qꝛ nec ipsa sibi: nec ei quicq̄ sufficit recedēti ab illo qui solus sufficit. Ideoq̄ ꝑ egestatē ac difficultatē fit nimis intenta in actiōes suas: et inquietas delectatiōes quas per eas colligit: atq̄ ita cupiditate acquirēdi noticias ex his que foris sunt: quoꝝ cognitū genus amat: et sentit amitti posse: nisi impensa cura teneant: perditq̄ securitatē: tātoq̄ seipsam min⁹ cogitat: quātomagis secura est: q̄ se nō possit amittere. Ita cū aliud sit nō se nosse: aliud nō se cogitare. Neq̄ enī multaꝝ doctrinaꝝ peritū: ignorare grāmaticā dicim⁹ cū eam nō cogitat: qꝛ de medicina arte tūc cogitat. Cum ergo aliud sit nō se nosse: aliud nō se cogitare: tanta vis est amoris: vt ea que cū amore diu cogitauerit: eisq̄ cure glutino inheserit: attrahat secū etiā cū ad se cogitandam quodāmō redit. Et qꝛ illa corpa sunt q̄ foris per sensus carnis adamauit: eorūq̄ diuturna quadā familiaritate implicata ē: nec secū pōt introrsum tanq̄ in regionē incorporee nature ipsa corpa inferre: imagines eorū cōuoluit et rapit: factas in semetipsa: de semetipsa. Dat enim eis formādis quiddā substantie sue. seruat aūt aliquid: quo libere de specie taliū imaginū iudicet: et hoc est magis mens. id est rōnalis intelligentia: q̄ seruat vt iudicet. Nā illas anime ꝑtes q̄ corꝑm similitudinib⁹ informāt: etiā cū bestijs nos cōmunes habere sentim⁹.

¶ In quibus mens de se cogitans possit errare. ¶ Capi. vj.

ERrat aũt mens: cũ se istis imaginibus tãto amore cõiungit: vt etiam se esse aliquid hmõi existimet. Ita enĩ cõformat eis quodã mõ: non id existendo sed putãdo: nõ quo se imaginẽ putet: sz oñino illud ipm cuius imaginẽ secũ habz. Uiget quippe in ea iudiciũ discernẽdi corpus qđ foris relinquit ab imagine: quã de illo secũ gerit: nisi cũ ita exprimunt eedem imagines tanq̃ foris sentiant: nõ intus cogitent: sicut dormiẽtib⁹: aut furẽtib⁹: aut in aliqua extasi accidere solet.

¶ De opiniõib⁹ eoz q̃ mẽtẽ aliq̃d pcipuũ corpis eẽ senserũt. Ca. vij.

CUm itaq̃ se tale aliquid putat: corpus esse se putat. Et qz sibi bene cõscia est: principat⁹ sui quo corpus regit. hinc factũ est vt quidã quererẽt quid corpis amplius valeret in corpe. t hoc esse mentẽ: vel oñino totaz animã existimarẽt vt empedocles et ericates opinati sũt. Ita q̃ alij sanguinẽ: alij cerebrum: alij coz: non sicut scriptura dicit: Confitebor tibi dñe in toto corde meo. Et diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo. Hoc enĩ abutẽdo vel trãsferendo vocabulo dicit a corpe ad animũ: ꝑ ipsam oñino particulã corpis quã in visceribus dilaniatis videm⁹: eã esse putauerũt. Alij ex minutissimis indiuiduisq̃ corpusculis quas atomos dicunt: concurrentib⁹ in se atq̃ coherẽtib⁹: eaz cõfici crediderũt. Alij aerem. alij ignẽ: substãtiã eius esse dixerunt. Alij eã nullã esse substantiã: qz nisi corpus. nullã substantiã poterãt cogitare: et eã corpus esse nõ inueniebãt. sed ipsam temperationẽ corpis nr̃i vel cõpagem primordioz: quib⁹ ista caro tanq̃ cõnectit: eẽ opinati sunt: eoq̃ oñes eam mortalez esse senserũt. qz siue corpus esset. siue aliqua cõpositio corpis: non posset vtiq̃ immortaliter pmanere. Qui vero eius substantiã vitam quandã nequaq̃ corpoream: qñ quidẽ vitã oñe viuũ corpus animantẽ ac viuificantẽ esse reppererũt: ꝑsequẽter t immortalem: qz vita carere vita nõ potest: vt quisq̃ potuit probare conati sunt. Nam de quinto illo nescio quo corpore: quod notissimis quattuoz huius mũdi elemẽtis quidã coniungẽtes: hinc animã esse dixerũt: hoc loco diu disserendũ non puto. Aut enĩ hoc vocant corpus quod nos: cui⁹ in loci spacio pars toto minoz est: et in illis annumerãdi sunt q̃ mẽtẽ corporeã esse crediderũt. Aut si vel oninẽ substantiã: vel omnẽ mutabilẽ substantiã corpus appellãt: cum sciant nõ omne locoz̃ spacijs aliqua lõgitudine vel latitudine et altitudine cõtineri: non cũ eis de vocabuli questione pugnãdum est. In his oñib⁹ sentẽtijs quisq̃s videt mẽtis naturã et esse substantiã t nõ esse corpoream. id est nõ minore sui parte min⁹ occupare loci spaciũ: mauisq̃ maiore: simul oportet videat eos qui opinant esse corpoream: nõ ob hoc errare qõ mens desit eoz notície: sz qõ a diũgunt ea: sine quib⁹ nullã pñt cogitare naturã. Sine phãtasijs enĩ corpm quicq̃d visi fuerint cogitare: nihil oñino esse arbitrant. ideoq̃ nõ se tanq̃ sibi desit mens requirat. Quid enĩ tam cognitiõi adest: q̃ id qõ menti adest. aut quid tam mẽti adest: q̃ ipsa mens. Unde t ipa q̃ appellat inuẽtio: si verbi originẽ retractem⁹: q̃d aliud resonat: nisi qz inuenire est in id venire qõ queritur? Propterea q̃ quasi vltro in mentẽ veniũt: nõ vsitate dicunt inuẽta: q̃uis cognita dici possint: qz non in ea querẽdo tendebam⁹ vt in ea venirem⁹. hoc est ea inueniremus. Quapropter sicut ea q̃ oculis aut vllo alio corpis sensu requirunt: ipsa mens querit. ipa enĩ etiã sensum carnis intendit. tũc aũt inuenit: cũ in ea que requirunt idẽ sensus venit. Sic alia que nõ corporeo sensu intermũcio: sed p seipsam nosse debet cũ in ea venit: inuenit. Aut in superiore substãtia. id est in deo. aut in ceteris anime ptib⁹ sic̃ de ipsis imaginib⁹ corpm cũ iudicat. intus enĩ in aia eas inuenit p corp⁹ impssas.

¶ Qz mens nosse se cupiens nihil eoz̃ de se corporeũ debeat cogitare. ¶ Capitulũ. vij.

ERgo seipsam quemadmodũ querat t inueniat: mirabilis questio ẽ. quo tendat: vt querat. aut veniat: vt inueniat. Quid enĩ tam in mẽte q̃ mẽs est: Sz quia in his est que cum amore cogitat. sensibilib⁹ aũt. id est corpalib⁹ cũ amore assuefacta est: non valet sine imaginib⁹ eoz̃ esse in semetipsa. hinc ei oboritur erroris dedecus: dum rerũ sensarũ imagines se cernere a se nõ põt: vt se solã videat. Cohesertũ enĩ mirabiliter glutino amoris: et hec est eius immũdicia: qñ dum se solã nititur cogitare. boc se putat esse sine quo se non põt cogitare. Cum igit ei precipit vt seipsam cognoscat: non se tanq̃ sibi detracta sit querat: sz id qõ sibi addidit detrahat. Interioz

ps. 9. jj o. j 37
Deut. 6

est enī ipa: nō solū ꝯ ista sensibilia que manifeste foris sunt: sed etiā ꝯ imagines eorū que in pte quadā sunt anime: quā habēt et bestie: ꝯuis intelligētia careāt que mentis est ꝓpria. ¶ Cum ergo sit mens interior quodam mō exit a semetipsa: cū in hec quasi vestigia multaꝝ intētionū exerit amoris affectum. Que vestigia tanꝯ imprimunt memorie: qñ hec que foris sūt corpalia sentiūtur: vt etiā cū absunt ista: presto sint tñ imagines eoꝝ cogitantib⁹. ¶ Cognoscat ergo semetipsam: nec quasi absentē se querat: sz intentionē volūtatis qua ꝑ alia vagabat statuat in seipsam: et se cogitet. Ita videbit qꝫ nunꝯ se nō amauerit: nūꝯ nescierit. Sed aliud secū amādo cū eo se cōfudit et cōcreuit quodāmō: atꝯ ita dum sic vnū diuersa cōplectit: vnū putauit esse q̄ diuersa sunt.

¶ Quomodo mens cognoscit seipsam. ¶ Capitulum. ix.

Non itaꝯ velut absentem se querat cernere: sed presentē se curet discernere. Nec se q̄si nō norit cognoscat: sed ab eo quo alterū nouit dinoscat. Ipm enī qō audit: cognosce teipsam: quomō agere curabit si nescit. aut quid sit cognosce. aut q̄d sit teipsam: Si aut vtrūꝯ nouit. nouit seipsam: qz non ita dicit menti: cognosce teipsam: sic dicit: cognosce cherubin aut seraphin. De absentib⁹ enī illis credim⁹: sm quod celestes quedā ptātes esse predicāt. Neꝯ sicut dicit cognosce voluntatē illius hois: que nobis nec ad sentiendū vllo mō: nec ad intelligendū presto est: nisi corpalibus signis editis. z hoc ita vt magis credamus ꝯ intelligamus. Neꝯ ita vt dicitur homini: vide faciē tuā: qō nisi in speculo fieri non pōt. Nam et ipsa nra facies absens ab aspectu nro est: qz nō ibi est quo ille diri gi pōt. Sz cū dicit mēti: Cognosce teipaz: eo ictu quo intelligit qō dictū est: teipsam: cognoscit seipam: nec ob aliud ꝯ eo quo sibi presens est. Si aūt qō dictū est non intelligit: non vtiꝯ facit. hoc igit ei p̄cipit vt faciat: qō cū ipsum preceptū intelligit: facit. Non ergo adiungat aliud ad id qō seipsaz cognoscit: cū audit vt seipsam cognoscat. Certe enim nouit sibi dici: sibi scz que est: z viuit: et intelligit. Sed est z cadauer: viuit et pecus. intelligit aūt nec cadauer nec pecus. Sicut ergo sese esse z viuere scit: quomodo est: et viuit intelligentia.

¶ Qz mens nosse se cupiens nihil eorū de se opinari debeat de quibus scit esse dubitandū. ¶ Ca. x.

Cum ergo: verbi grā: mens aerem se putat: aerē intelligere putat. Se tñ intelligere scit. aerem aūt se esse non scit: sed putat. Se cernat qō putat: cernat qō scit: hoc ei remaneat. Ñ ne illi quidem dubitauerūt: qui aliud atꝯ aliud corpus esse mentē putauerūt. Neꝯ enī oīs mens aerem se esse existimat: sz alie ignem: alie cerebrū: alieꝯ aliō corpus: z aliō alie. sicut supra cōmemorauit: oīes tñ se intelligere nouerūt et esse z viuere. Sed intellige re ad id qō intelligūt referūt. esse aūt z viuere ad seipsas. Et nulli est dubiū: nec quēꝯ intelligere qui non viuat: nec quēꝯ viuere qui non sit. Ergo consequenter et esse et viuere id qō intelligit: nō sicuti est cadauer qō non viuit: nec sicuti viuit anima q̄ non intelligit: sz ꝓprio quodā eodēꝯ prestātiore modo. Itē velle se sciunt: neꝯ hoc posse quēꝯ qui nō sit et q̄ nō viuat pariter sciūt. Itemꝯ ipsam voluntatē referunt ad aliq̄d qō ea volūtate volunt. Meminisse etiaz se sciunt: simulꝯ sciūt qō nemo meminisset ni si esset ac viueret. Sz et ipsam memoriā referim⁹ ad aliq̄d qō ea meminim⁹. Duobus igit hoꝝ triū memoria z intelligētia multarum rerū noticia atꝯ scientia cōtinēt. volūtas aūt adest: per quā fruamur eis vel vtamur. Fruimur enī cognitis: in quib⁹ volūtas ipsis ꝓpter seipsa delectata cōquiescit. vtimur vero eis que ad illud referim⁹ quo fruendū est. Nec est alia vita hoim vitiosa atꝯ culpabilis: ꝯ male vtēs z male fruēs. De qua re non est nunc differendi locus. Sed qñ de natura mētis agitur: remoueamus a cōsideratiōe nostra omnes noticias que capiunt extrinsecus per sensus corpis: et ea que possum⁹ oīes mentes de seipsis nosse: certaseꝯ esse diligēti⁹ attēdam⁹. Utrū enī aeris sit vis viuēdi: reminiscēdi: intelligendi: volēdi: cogitādi: sciēdi: iudicandi. An ignis: an cerebri: an sanguinis: an atomorū: an preter vsitata quattuor elemēta: quinti nescio cui⁹ corpis: an ipsius carnis nre cōpago: vel temperamētū hec efficere valeat. dubitauerūt hoies: z alius hoc: ali⁹ aliud affirmare conatus est. Viuere se tñ z meminisse: et intelligere: z velle: z cogitare: et scire: z iudicare quis dubitet: Qñ quidē etiā si dubitat viuit. si dubitat vnde dubitet meminit. si dubitat dubitare se intelligit. si dubitat certus esse vult. si dubitat cogitat. si dubitat scit se nescire. si dubitat iu-

dicāt non se temere consentire oportere. Quisquis igit aliunde dubitat: de his oīb⁹ dubitare non debet. que si non essent: de vlla re dubitare nō posset. Hec oīa q̄ vel corpus vel cōpositionē seu temperationem corpis esse mentē putant: in subiecto esse volunt videri: vt substantia sit aer: vel ignis: siue aliqō aliud corpus: qō mentem putāt. Intelligētia vō ita insit huic corpi: sicut qualitas eius: vt illud subiectū sit: hec in subiecto. subiectū scz mens quā corpus esse arbitrant. in subiecto aūt intelligētia: siue quid aliud eor̄ que certa nobis esse cōmemorauim⁹. Juxta opinant etiaz illi qui mentē ipsam negant esse corpus: sed cōpaginem aut temperationē corpis. Hoc eni interest: q illi mentē ipam dicūt esse substātiam: in quo subiecto sit intelligentia. Isti aūt ipsam mentē in subiecto esse dicūt corpore scz cuius cōpositio vl̄ temperatio est. Vnde cōsequēter etiā intelligētiā q̄d aliud q̄z in eodē subiecto corpe existimant: Qui oīes nō aduertūt mentē nosse se etiā cum querit se: sicut iam ostendim⁹. Nullo modo autē recte dicit sciri aliqua res: dū eius ignorat substātia. Quapropter cū se mens nouit: substantiā suam nouit: et cū de se certa est: de substantia sua certa est. Certa est aūt de se: sicut cōuincūt ea que supra dicta sūt. Nec oīno certa est: vtrū aer an ignis sit: an aliquod corpus: vel aliquid corpis. Non est igit aliquid eoruz. Totumq̄ illud qō se iubetur vt nouerit: ad hoc pertinet vt certa sit: nō se esse aliq̄d eor̄ de quib⁹ incerta est: idq̄ soluz esse se certa sit: qō solū esse se certa est. Sic eni cogitat ignem aut aerē: et quicquid aliud corpis cogitat. Necq̄ vllo mō fieri posset vt ita cogitaret id qō ipsa est: quēadmodū cogitat id qō ipsa non est. Per phantasiā quippe imaginariā cogitat hec oīa: siue ignem: siue aerem: siue illud siue illud corpus: partem ve vllā: siue cōpaginē temperationēq̄ corpis. nec vtiq̄ ista oīa: sz aliq̄d horū esse dicit. Si quid autē horū esset: aliter id q̄z cetera cogitaret: non scz per imaginale figmentū: sicut cogitant absentia: que sensu corpis tacta sunt: siue oīno ipsa: siue eiusdē generis aliqua: sed quadā interiore: nō simulata: sed vera presentia. Non eni quicq̄ illi est seipsa presentius: sicut cogitat viuere se et meminisse et intelligere z velle se. Nouit enim hec in se: nec imaginat quasi extra se illa sensu tetigerit: sicut corpalia queq̄ tangunt. Ex quor̄ cogitationibus si nihil sibi affingat: vt tale aliquid esse se putet: quicquid ei de se remanet: hoc solum ipsa est.

De memoria intelligētia et volūtate in q̄b⁹ mens hz in se quādā imaginē diuine trinitatis Ca. xj.

Remotis igit paulisper ceteris: quorum mēs de seipa certa est: tria hec potissimū cōsiderata tractem⁹: memoriā: intelligentiā: voluntatē. In his eni tribus inspici solent etiā ingenia paruulor̄ cuiusmodi preferāt indolē. Quāto quippe tenatius et facilius puer meminit: quātoq̄ acutius intelligit z studet ardētius: tāto est laudabilioris ingenij. Cum vō de cuiusq̄ doctrina querit: nō quāta firmitate ac facilitate meminerit: vel quato acumine intelligat: ꝫ q̄d meminerit: z q̄d intelligat querit. Et q̄ nō tātū q̄z doctus sit ꝑsiderat laudabilis anim⁹: ꝫ etiā q̄z bonus. nō tātū q̄d meminerit z q̄d intelligat: verūetiā q̄d velit attendit. nō quāta flagrātia velit: sz q̄d velit prius: deinde quātū velit. Tunc eni laudādus est anim⁹ vehemēter amans: cū id qō amat vehemēter amādū est. Cū ergo dicūt hec tria: ingeniū: doctrina: vsus. Primum horum cōsiderat in illis tribus quid possit quisq̄ memoria: et intelligētia: z volūtate. Secūdū eor̄ cōsiderat quid habeat quis memoria: et intelligētia: quo studiosa volūtate peruenerit. Jam vero vsus tertius in voluntate est ptractāte illa q̄ in memoria z intelligētia cōtinent: siue ad aliq̄d ea referat: siue eor̄ fine delectata cōquiescat. Vti eni est assumere aliquid in facultatē volūtatis. vti autē dicit qō in vsum venerit: ad id qō amas obtinendū referre. si tñ amādum est. Frui est enim amore inherere alicui rei ꝓpter seipam. frui est aūt vti cū gaudio nō adhuc spei: sed iam rei. Proinde oīs qui fruit: vtitur. assumit eni aliq̄d in facultatez voluntatis: cū fine delectatiōis. Non autē oīs qui vtitur: fruit. sed id qō in facultatem volūtatis assumit: nō ꝓpter illud ipm: sz ꝓpter aliud appetit. Hec igit tria: memoria: intelligētia: voluntas: qm̄ nō sunt tres vite sed vna vita: nec tres mentes sed vna mens: cōsequēter vtiq̄ nec tres substantie sunt: sz vna substātia. Memoria quippe: q vita et mens et substantia dicit: ad seipsam dicit. Cū vero memoria dicit ad aliq̄d relatiue dicit. Hoc de intelligētia quoq̄: et de voluntate dixerim. Et intelligētia quippe z

volũtas: ad aliq̃d dicũt. Vita est aũt vnaqueq; ad seipsam: et mens ⁊ essentia. Quo circa tria hec eo sunt vnum: quo vna vita: vna mẽs: vna essentia. Et quicquid aliud ad seipsa singula dicunt: etiã simul nõ pluraliter: sz singulariter dicunt. Eo vero tria quo ad se inuicẽ referuntur. que si equalia non essent: nõ solũ singula singulis: sed etiã om̃ibus singula: nõ vtiq; se inuicẽ caperẽt. Neq; eni tantũ a singulis singula: verũetiã a singulis om̃ia capiunt. Memini eni me habere memoriã: ⁊ intelligẽtiã: ⁊ volũtatẽ. et intelligo me intelligere ⁊ velle atq; meminisse. et volo me velle: ⁊ meminisse: ⁊ intelligere. totamq; meã memoriã ⁊ intelligentiã et voluntatẽ simul memini. Qd̃ eni memorie mee nõ memini: nõ est in memoria mea. Nihil aũt tam in memoria: q̃ ipsa memoria est. Totam igitur memini. Item quicquid intelligo intelligere me scio. et scio me velle q̃cq̃d volo. Quicq̃d aũt scio memini. Totamq; igit intelligentiã: totãq; volũtatem meã memini. Similiter cũ hec tria intelligo: tota simul intelligo. Neq; eni quicq̃ intelligibiliũ non intelligo: nisi qd̃ ignoro. Qd̃ autẽ ignoro: nec memini nec volo. Quicquid itaq; intelligibiliũ nõ intelligo: ꝯsequẽter etiã nõ memini nec volo. Quicquid aũt intelligibiliũ memini ⁊ volo: cõsequẽter intelligo. Volũtas etiã mea totã intelligẽtiã totãq; memoriã meã capit dũ toto vtor qd̃ intelligo et memini. Quapropter qñ inuicẽ a singulis: et tota omnia capiunt: equalia sunt tota singula totis singulis: et tota singula simul om̃ib⁹ totis: et hec tria vnũ: vna vita: vna mẽs: vna essentia.

De querẽda imagine trinitatis etiã in his q̃ anima ex corpis sensibus concipit. Ca. xij.

Iam ne igit ascendendũ est qualibuscũq; intentiõis viribus ad illã summã et altissimã essentiã: cui⁹ impar imago est humana mens: sed tñ imago: an adhuc eadẽ tria distinctius declaranda sunt in anima: per illa q̃ extrinsecus sensu corporis capim⁹: vbi tp̃aliter imprimit rerũ corporearũ noticia: Mentẽ q̃ppe ipsam in memoria et intelligentia ⁊ voluntatem suimet ip̃ius talem reperiebam⁹: vt qm̃ sp̃ se nosse semperq; seip̃az velle cõprehẽdebat: simul etiaz semp̃ sui meminisse: semperq; seipsam intelligere ⁊ amare coprehẽderet: q̃uis nõ semp̃ se cogitare discretã ab eis q̃ non sunt qd̃ ipsa est: ac per hoc difficile in ea dinoscitur memoria sui: et intelligentia sui. Quasi eni nõ sint hec duo: sz vnũ duob⁹ vocabulis appelletur. sic apparet in ea re vbi valde ista cõiuncta sunt: et aliud alio nullo precedit tp̃e. amorq; ip̃e nõ ita sentit esse: cum eũ nõ prodit indigẽtia: qm̃ nõ semp̃ presto est qd̃ amat. Quapropter etiaz tardiorib⁹ dilucescere hec pñt dum ea tractãt: que ad animũ tp̃e accedũt: et que illi tp̃aliter accidunt: cũ meminit qd̃ antea nõ meminerat: et cũ videt qd̃ antea nõ videbat: ⁊ cũ amat qd̃ antea nõ amabat. Sz alid̃ hec tractatio iã poscit exordiũ: ꝓpter hui⁹ libelli modũ.

Explicit liber decimus.

Incipiũt capitula libri vndecimi.

i De imagine trinitatis etiã in eo qd̃ imago dei non est. id est in hoĩe exteriore querẽda.
ij De visibili ⁊ vidente atq; visione.
iij De memoria q̃ visoꝝ imago retinet: ⁊ intẽtiõe aĩe q̃ in vtrũq; cõcurrit.
iiij De imaginib⁹ q̃s cogitatiõis acies intuet in phãtasia quã mẽoria ꝯcepit.
v De cogitatiõib⁹ innoxijs: et de his q̃ ab acie recordatiõis abigẽde sunt.
vj De fine voluntatis quo cognoscit an recta an praua cupiam⁹.
vij De ea trinitate q̃ iã non ex corpe neq; ex corpis sensu: sz de memoria nascit cogitãtis.
viij De multiplicatiõib⁹ trinitatũ q̃ ex recordatiõe pariunt.
ix Qr in quolibet genere trinitatũ volũtas nec parẽs inueniat eẽ nec ꝓles.
x Qr facile sit cogitanti fingere sibi eas species q̃s nõ vidit ex earũ recordatiõe q̃s vidit.
vj De mensura ⁊ numero et pondere quoꝝ similitudo sit in memoria ⁊ visione ⁊ volũtate.

Incipit liber vndecimus.

De imagine trinitatis etiam in eo qd̃ imago dei non est. id est in hoĩe exteriore querẽda. Ca. j.

Nemini dubiũ est sicut interiorẽ hominẽ intelligẽtia: sic exteriorez sensu corpis preditum. Nitamur igit si possum⁹ in hoc quoq; exteriore indagare qualecũq; vestigiũ trinitatis: nõ qr et ipse eodẽ mõ sit imago dei. Manifesta est quippe aplica sentẽtia: que interiorẽ hominẽ renouari dei Colo. 3

agnitiõe declarat: ꝑm imaginẽ eius q̃ creauit eum: cũ et alio loco dicat. Et si exterior hõ noster corrũpit: sed interior renouat de die in diem. In hoc ergo qui corrũpit: queram⁹ quẽadmodũ possum⁹ quandã trinitatis effigiem. et si nõ expressiorẽ: tñ fortassis ad dinoscendũ faciliorẽ. Neq; enĩ frustra et iste hõ dicit: nisi qz ineſt ei nonnulla interioris ſimilitudo: et illo ipso ordine cõditionis noſtre quo mortales atq; carnales effecti sum⁹: facilius et quasi familiarius visibilia q̃ intelligibilia ꝓtractam⁹. Cũ ista ſ in exterius: illa interius. et ista ſenſu corporis ſentiam⁹: illa mente intelligam⁹. noſq; ipſi animi non ſenſibiles ſim⁹. id eſt corpa: ſed intelligibiles. qñ vita ſum⁹: tñ vt dixi tãta facta eſt in corpib⁹ cõſuetudo: et ita in hec miro mõ relabens foras ſe noſtra proiecit intẽtio: vt cũ ab incerto corpm ablata fuerit: vt in ſpiritũ multo certiore ac ſtabiliore cognitiõe figat: refugiat ad iſta: et ibi appetat requiem vnde traxit infirmitatẽ. Cuius egritudini cõgruendũ eſt: vt ſi qñ interiora ſpiritalia accõmodati⁹ diſtinguere atq; facilius inſinuare conamur: de corpalib⁹ exterioꝛib⁹ ſimilitudinũ documẽta capiam⁹. Senſu igit corpis exterior hõ preditus: ſentit corpa. et iſte ſenſus qõ facile aduertitur quinquipartitus eſt: videndo: audiendo: olfaciendo: guſtãdo: tangẽdo. Sed multũ eſt et non neceſſariũ: vt oñes bos quinq; ſenſus id quod querim⁹ interrogem⁹. Qõ enĩ nobis vnus eorũ renunciat: etiã in ceteris valet. Itaq; potiſſimũ teſtimonio vtamur oculoꝛuz. Is enĩ ſenſus corpis maxime excellit: et eſt viſioni mentis pro ſui generis diuerſitate vicinior.

De viſibili et vidẽte atq; viſione. Capitulum. ij.

Cum igit aliquod corpus videm⁹: hec tria qõ facillimũ eſt conſiderãda ſunt et dinoſcẽda. Primo ipſa res quã videm⁹: ſiue lapidẽ: ſiue aliquã flãmam: ſiue quid aliud qõ videri oculis põt: quod vtiq; iam eſſe poterat: et anteq; videretur. Deinde viſio que nõ erat: priuſq; rem illaz obiectã ſenſui ſentirem⁹. Tertio quod in ea re que videt quãdiu videt ſenſum detinet oculoꝛũ. id eſt animi intẽtio. In his igit tribus: nõ ſolũ eſt manifeſta diſtinctio: ſz etiã diſcreta natura. Primũ quippe illud corpus viſibile lõge alterius nature q̃ ſenſus oculoꝛ: quo ſibimet incidẽte fit viſio. Ipſa q̃ viſio q̃d aliud q̃ ſenſus ex ea re que ſentitur informat⁹ apparet: q̃uis re viſibili detracta nulla ſit. nec vlla oñno eſſe poſſit talis viſio: ſi corpus non ſit qõ videri queat. Nullo mõ tñ eiuſdẽ ſubſtantie eſt corpus quo format ſenſus oculoꝛũ: cum idem corpus videt: ꝛ ipſa forma que ab eodẽ impaꝛtitur ſenſui: que viſio vocat. Corpus enĩ viſuz in ſua natura ſeparabile eſt. Senſus aũt qui iam erat in animãte: etiã priuſq; videret quod videre poſſet: cũ in aliquid viſibile incurreret: vel viſio q̃ fit in ſenſu ex viſibili corpe cũ iã cõiunctũ eſt ꝛ videt. Senſus ergo vel viſio. id eſt ſenſus nõ format⁹ extrinſecus: vt ſenſus format⁹ extrinſecus: ad animãtis naturã pertinet oñino aliam q̃ eſt illud corpus quod videndo ſentiu⁹: quo ſenſus nõ ita format vt ſenſus ſit: ſz vt viſio ſit. Nam ſenſus et ante obiectũ rei viſibilis: niſi eſſet in nobis nõ diſtarem⁹ a cecis: dum nihil videm⁹: ſiue in tenebꝛis ſiue clauſis luminib⁹. Hoc autẽ diſtam⁹: quod nobis ineſt et nõ videntib⁹ quo videre poſſim⁹ qui ſenſus vocat: illis vero non ineſt. Nec aliunde niſi q eo carẽt: ceci appellãt. Itemq; illa animi intẽtio que in ea re quã videm⁹ ſenſum tenet atq; vtrũq; cõiungit: nõ tantũ ab ea re viſibili natura differt: qñ quidem iſte anim⁹ illud corpus eſt: ſed ab ipo quoq; ſenſu atq; viſione qñ ſolius animi eſt hec intentio. Senſus aũt oculoꝛũ nõ ob aliud ſenſus corpis dicit: niſi qa et ipſi oculi membꝛa ſunt corpis. Et q̃uis nõ ſentiant corpus exanime: anima tñ commixta corpi per inſtrumentũ ſentit corpoꝛeum: et idem inſtrumentũ ſenſus vocat. Qui etiaz paſſione corpis cum quiſq; excecat interceptus extinguit: cũ idem maneat anim⁹: ꝛ eius intentio luminib⁹ amiſſis: cũ non habet quidẽ ſenſum corpis quẽ videndo extrinſecus corpi adiungat: atq; in eo viſo figat aſpectuz: viſu tñ ipſo iudicet ſe adempto corpiſ ſenſu: nec perire potuiſſe: nec minui. Manet enĩ quidã videdi appetit⁹ integer: ſiue id poſſit fieri: ſiue nõ poſſit. Hec igit tria: corpus quod videt: et ipſa viſio: ꝛ que vtrũq; cõiungit intẽtio: manifeſta ſunt ad dinoſcẽdũ: nõ ſolũ ꝓpter ꝓpꝛia ſingulorũ: verũetiã ꝓpter differẽtiã naturaꝝ. Atq; in his cũ ſenſus non procedat ex corpe illo quod videt: ſed ex corpe ſentiẽtis animantis: cui anima ſuo quodã miro mõ cõtemperatur: tamen ex corpe quod videtur gignitur viſio. id eſt ſenſus ipe formaꝛ: vt iam non tantũ ſenſus qui etiam in tenebꝛis eſſe

2. Cor. 4.

integer põt: dum est incolumitas oculoꝝ: ꝫ etiã sensus informatus sit: que visio vocat. Gignit ergo ex re visibili visio: ſz nõ ex sola: nisi assit ⁊ videãs. Quocirca ex visibili et videte gignit visio: ita sane vt ex videte sit sensus oculoꝝ: et aspiciẽtis atq; intuentis intentio. Illa tñ informatio sensus: que visio dicitur a solo imprimat corpore quod videtur. id est a re aliqua visibili: qua detracta: nulla remanet forma que inerat sensui: duꝝ adesset illud qd̃ videbat. sensus tñ ipse remanet qui erat: et priusq; aliq̃d sentiretur. velut in aqua vestigium tamdiu est: donec ipsum corpus quod imprimit inest. quo ablato nullũ erit: cum remaneat aqua que erat: et anteq; illã formã corpis caperet. Ideoq; non possum⁹ quidem dicere q̃ sensum gignat res visibilis. gignit tñ formã velut similitudinẽ suã: que fit in sensu: cum aliquid videndo sentim⁹. Sz corpis formaz qd̃ videm⁹: et formã que ab illa in sensu videntis fit per eundẽ sensum nõ discernim⁹: qñ tanta cõiunctio est: vt nõ pateat discernendi locus. Sed rõne colligim⁹ nequaq; nos potuisse sentire: nisi fieret in sensu nostro aliq̃ similitudo cõspecti corpis. Neq; enĩ cũ anulus cere imprimit: ideo nllã imago facta est: qz non discernit: nisi cuz fuerit separata. Sed qñ post cerã separatã manet qd̃ factũ est vt videri possit: ꝓterea facile persuadet: q̃ inerat iam cere forma impressa ex anulo: et anteq; ab illa separaret. Si aũt liquido humori adiũgeret anulus: eo detracto nihil imaginis appareret. Nec ideo tñ discernere ratio nõ deberet: fuisse in illo humore anteq; detraheret: anuli formã factã ex anulo q̃ distinguenda est ab ea forma que in anulo est vñ ista facta est: que detracto anulo nõ erit: cuius illa in anulo maneat vñ ista facta est. Sic sensus oculoꝝ nõ ideo non habet imaginez corpis qd̃ videt cuius videtur: qz eo detracto nõ remanet. Ac per hoc tardioꝛib⁹ ingenijs difficillime persuaderi põt formari in sensu nro imaginem rei visibilis: cũ eam videm⁹: et eandẽ formã esse visionẽ. Sz qui forte aduerterint qd̃ cõmemorabo: nõ ita in hac inquisitiõe laborabũt: plerũq; cum diuscule attenderim⁹ q̃ueq; luminaria: et inde oculos clauserim⁹: quasi versant in cõspectu quidẽ lucidi colores varie sese cõmutãtes: ⁊ minus minusq; fulgentes donec oñino desistant. Quas intelligẽdũ est reliquias esse formellius que facta erat in sensu: cũ corpus lucidũ videret: paulatimq; et quodãmõ gradatim deficiẽdo variari. Nam et insertarũ fenestraꝝ cancelli: si eos forte intuebamur: sepe in illis apparuere coloꝛib⁹ vt manifestum sit hanc affectionẽ nro sensui ex ea re que videbat impressam. Erat ergo etiã cũ viderem⁹: et illa erat clarioꝛ ⁊ expressioꝛ: ſz multũ cõiuncta cũ specie rei eius q̃ cernebat: vt discerni oñino nõ posset: et ipa erat visio. Quinetiã cũ lucerne flãmula modo quodã diuaricatis radijs oculoꝝ quasi geminat: due visiones fiunt: cuz sit res vna q̃ videt. Singulatim quippe afficiunt idem radij de oculo suo quisq; emicãtes: dum non sinunt in illud corpus intuendũ pariter cõiunctecq; concurrere vt vnus fiat ex vtroq; cõtuitus. Et ideo si vnũ oculũ clauserim⁹: non geminũ ignẽ: sed sicuti est vnũ videbimus. Cur aũt sinistro clauso illa species desinet videri que ad dextruz erat: vicissimq; dextro clauso illa intermoꝛit que ad sinistrũ erat: et longũ est ⁊ rei p̃senti non necessariũ mõ querere atq; differere. Qz enĩ ad susceptam questionẽ satis est: nisi fieret in sensu nostro quedã imago simillima rei eius quã cernim⁹: non ꝑm oculoꝝ numerũ flãme species geminaret: cũ quidã cernendi modus adhibitus fuerit: qui possit cõcursum separare radioꝛũ. Ex vno q̃ppe oculo quolibet mõ deducto aut impresso aut intoꝛto: si alter clausus est: dupliciter videri aliquid qd̃ sit vnũ nullo pacto põt. Que cum ita sint: tria hec q̃uis diuersa natura quẽadmodũ in quandã vnitatẽ cõtemperent memineri mus. id est species corpis que videt: et impressa eius imago sensui qd̃ est visio: sensus ve formatus: et voluntas animi que rei sensibili sensum admouet: in eoq; ipsam visionem tenet. Horũ primũ. id est res ipsa visibilis non pertinet ad animãtis naturã: nisi cum corpus nostrũ cernim⁹. Alterũ aũt ita pertinet: vt et in corpe fiat: et per corpus in anima. fit enĩ in sensu: qui neq; sine corpe est: neq; sine animo. Tertiũ vero solius anime est: qz voluntas est. Cum igit horũ triũ tam diuerse substantie sint: tamẽ in tantam coeunt vnitatem: vt duo prioꝛa vix intercedente iudice ratione discerni valeãt: species videlicet corpis qd̃ videt: ⁊ imago ei⁹ que fit in sensu. id est visio. Voluntas autẽ tantam vim habet copulãdi hec duo: vt et sensum formãdũ admoueat ei rei q̃ cernit: et in ea formatuz teneat. Et si tam violenta est vt possit vocari amoꝛ: aut cupiditas:

aut libido: etiã ceterũ corpus animãtis ve
hementer afficit. Et vbi non resistit pigrior
durioꝛq; materies: in similem speciem colo
remq; cõmutat. licet videre corpusculum
chamelcontis: ad colores quos videt facil
lima cõuersione variari. Alioꝛ aũt anima
liũ qz nõ est ad cõuersionẽ facilis corpulẽ
tia: fetus plerũq; prodũt libidines matrũ:
cũ quid magna delectione cõspexerint. Dẽ
eni teneriora atq; vt ita dixerim: formabi
liora sũt primordia seminũ: tam efficaciter
et capaciter sequunt intẽtionẽ materne ani
me: z que in ea facta est phãtasiã: p corpus
qõ cupide aspexit: Sunt exẽpla que copio
se cõmemoꝛari possint. sed vnũ sufficit de fi
delissimis libris: quod fecit iacob vt oues z
capre varios coloꝛib⁹ parerẽt: supponẽdo
eis varia virgulta in cãalib⁹ aquarũ: que
potãtes ituerent eo tpe quo cõceperãt. Sz
anima rõnalis deformiter viuit: cũ sit tri
nitatẽ exterioris hois viuit. id est cũ ea que
forinsecus sensum corpis formãt: non lau
dabilẽ voluntatẽ qua hec ad vtile aliq̃d re
ferat: sed turpem cupiditatẽ qua his inhe
resçat accõmodat.

¶ De memoria qua visoꝝ imago retinet: et intentiõe anime qua in vtrũq; curritur. ¶ Capi. iij.

Q Ua etiã detracta specie coꝛporis
que coꝛpaliter sentiebat: remanet
in memoria similitudo ei⁹ quo rur
sus volũtas cõuertat aciem vt inde formet
intrinsecus: sicut ex coꝛpe obiecto sensibili
sensus extrinsecus formabat. Atq; ita fit il
la trinitas ex memoria et interna visione et
que vtrũq; copulat volũtate: que tria cũ in
vnũ cogunt: ab ipso coactu cogitatio dici
tur. Nec iam in his trib⁹ diuersa substantia
est. Neq; eni aut coꝛpus illud sensibile ibi
est qõ oñino discretũ est ab animãtis na
tura. aut sensus coꝛpis ibi format vt fiat vi
sio. aut ipsa voluntas id agit vt formandũ
sensu sensibili coꝛpi admoueat in eoq; for
matũ detineat. Sed pro illa specie coꝛpis
que videbat extrinsecus succedit memoria
retinẽs illam speciẽ quã per coꝛpis sensum
cõbibit anima: proq; illa visione que foris
erat cum sensus ex coꝛpe visibili formaret:
succedit intus similis visio: cũ ex eo qõ me
moria tenet: formãt acies animi z absentia
coꝛpa cogitant. Voluntasq; ipsa quõ foris
coꝛpi obiecto formandũ sensum admoue
bat: formatũq; iungebat. sic aciem recoꝛ
dantis animi puertit ad memoriã: vt ex eo
quod illa retinuit ista formet: z sit in cogita
tione similis visio. Sicut autẽ rõne discer
nebat species visibilis: qua sensus coꝛpis
formabatur: et eius similitudo que fiebat
in sensu formato vt esset visio. alioquin ita
erant cõiuncte: vt oñino vna eadẽq; puta
ret. sic illa phantasia cũ anim⁹ cogitat spe
ciem visi coꝛpis: cũ cõstet ex coꝛpis simili
tudine quã memoria tenet: et ea q̃ inde for
mat in acie recoꝛdantis animi: tñ sic vna et
singularis apparet: vt duo quedã esse nõ in
ueniant nisi iudicãte rõne: qua intelligim⁹
aliud eẽ illud qõ in memoria manet: etiã cũ
aliunde cogitam⁹. et aliud fieri cũ recoꝛda
mur. id est ad memoriã redim⁹: et illic inue
nim⁹ eandẽ speciẽ. Que si iam ibi nõ esset:
ita oblitos nos esse diceremus: vt oñino re
colere nõ possem⁹. Si aũt acies recoꝛdãtis
nõ formaret ex ea re que erat in memoria:
nullo mõ fieret visio cogitãtis. Sz vtriusq;
cõiunctio. id est eius quã memoria tenet: z
eius que inde exprimit: vt formet acies re
coꝛdantis: qz simillime sunt: veluti vnã fa
cit apparere. Cum aũt cogitãtis acies auer
sa inde fuerit: atq; id qõ in memoria cerne
batur destiterit intueri: nihil forme que im
pressa erat in eadẽ acie remanebit. Atq; in
de formabit quo rursus conuersa fuerit: vt
alia cogitatio fiat. Manet tñ illud qõ reli
quit in memoria: quo rursus cũ id recoꝛda
mur cõuertat z cõuersa formetur: atq; vnũ
cum eo fiat vnde formatur.

¶ De imagin⁹ quas cogitatio nis acies intuet in phantasia quã memoria cõcipit. ¶ Capi. iiij.

V Oluntas vero illa que hac atq; il
lac fert z refert aciem formandã cõ
iungitq; formatã: si ad interioꝛem
phantasiã tota confluxerit: atq; a presentia
coꝛpm que circũiacet sensib⁹ atq; ab ipsis
sensib⁹ coꝛpis: animi aciem oñino auerte
rit: atq; ad eã que intus cernit imaginẽ pe
nitus cõuerterit: tanta offendit similitudo
speciei coꝛporalis expressa ex memoria: vt
nec ipsa ratio discernere sinat: vtrum foris
coꝛpus ipm videat: an intus tale aliq̃d co
gitet. Nam interdũ hoies nimia cogitatõe
rerũ visibiliũ vel illecti vel territi: etiã eius
modi repẽte voces ediderũt: quasi reuera
in medijs talibus actionib⁹ siue passionib⁹
versarent. Et memini me a quodã audisse
q̃ tam expressam z quasi solidã speciẽ femi
nei coꝛpis in cogitãdo cernere soleret: vt ei
se q̃si misceri sentiẽs etiã genitalib⁹ flueret.

Tantũ habet viriũ anima in corpus suũ: ⁊ tantũ valet ad indumẽti qualitatẽ vertẽdã atq; mutandã: quõ hõ afficiat̃ indutus qui coheret indumẽto suo. Ex eodẽ genere affectionis etiã illud est qđ in somnis ꝑ imagines illudimur. Sed plurimũ differt: vtrũ sopitis sensib⁹ corpis: sicuti sunt dormiẽtiũ. aut ab interiore cõpage turbatis: sicuti sunt furentiũ. aut alio quodã mõ alienatis: sicuti diuinãtiũ vel ꝓphetãtiũ: animi intentio quadã necessitate incurrat in eas que occurrũt imagines: siue ex memoria: siue alia aliqua occulta vi: ꝑ quasdã spiritales mixturas similiter spiritalis substãtie. an sicut sanis ac vigilãtib⁹ interdũ cõtingit: vt cogitatiõe occupata volũtas se auertat a sensibus: atq; ita formet animi aciẽ varijs imaginib⁹ sensibiliũ reruz: tanq̃ ipsa sensibilia sentiant̃. Non tantũ aũt cũ appetẽdo in talia volũtas intendit̃: fiunt iste impressiones imaginũ. sz etiã cũ deuitãdi et cauẽdi causa rapitur anim⁹ in ea cõtuẽda que fugiat. Vñ nõ solũ cupiẽdo: sz metuẽdo infert̃ vel sensus ip̃is sensibilib⁹ vl̃ acies animi formãda imaginib⁹ sensibiliũ. Itaq; aut metus. aut cupiditas: quanto vehemẽtior fuerit: tãto expressius format̃ acies. siue sentiẽtis ex corpe qđ in loco adiacet. siue cogitantis ex imagine corporis: que memoria cõtinetur. Qđ ergo est ad corpis sensuz aliquod corpus in loco. hoc est ad animi aciem similitudo corpis in memoria. Et qđ est aspicientis visio: ad eã speciẽ corpis ex qua sensus format̃. hoc est visio cogitãtis ad imaginẽ corpis in memoria constitutã. ex qua format̃ acies animi. Et qđ est intentio voluntatis ad corpus visum: visionẽq; copulandã: vt fiat ibi quedaz vnitas triũ: q̃uis eorũ sit diuersa natura. hoc est eadẽ voluntatis intentio ad copulãdã imaginẽ corpis que est in memoria. et visionẽ cogitãtis. id est formã quã cepit acies animi rediens ad memoriã vt fiat: et hic quedã vnitas ex tribus nõ iam nature diuersitate discretis: sz vnius eiusdẽq; substãtie: qr hoc totũ intus est: ⁊ totũ vnus anim⁹. Sicut aũt cũ forma et species corpis interierit: nõ põt ad eam volũtas sensum reuocare cernẽtis. Ita cũ imago quã memoria gerit obliuione deleta est: nõ erit quo animi aciem formãdã voluntas recordãdo retorqueat.

De cogitatiõb⁹ innoxijs et de his que ab acie recordatiõis abigende sunt. Capitulum. v.

Sed qr preualet animus nõ solũ oblita: verũetiã nõ sensa nec experta cõfingere ea que nõ exciderũt augendo: minuẽdo: cõmutãdo: et ꝓ arbitrio cõponẽdo: sepe imaginat̃ quasi ita aliquid sit: qđ aut scit nõ ita esse. aut nescit ita esse. In quo genere cauendũ est: ne aut mentiatur vt decipiat: aut opinetur vt decipiat̃. Quib⁹ duob⁹ malis euitatis nihil ei obsũt imaginata phatasmata: sicut nihil obsunt experta sensibilia: ⁊ retẽta memoriter: si neq; cupide appetant̃ si iuuant: neq; turpiter fugiãt̃ si offendũt. Cum aũt in his volũtas relictis melioribꝰ auida volutat̃ immunda fit: atq; ita ⁊ cũ assunt ꝑniciose: ⁊ cũ absunt ꝑniciosius cogitãtur. Male itaq; viuit̃: et deformiter ꝟm trinitatẽ hoĩs exterioris: q̃a et illã trinitatẽ que licet interius imaginet̃: exteriora tñ imaginat̃ sensibiliũ corpalium que vtẽdoꝝ causa peperit. Nullus eni eis vti posset etiã bene: nisi sensaꝝ rerũ imagines memoria tenerent̃. Et nisi pars maxima voluntatis in superiorib⁹ atq; interioribus habitet: eaq; ipsa que cõmodat̃ siue foris corpib⁹. siue intus imaginib⁹ eoruz: nisi quicquid in eis capit ad meliorẽ veriorẽq; vitam referat. atq; in eo fine cuius intuitu hec agenda iudicat acquiescat. quid aliud facim⁹: nisi qđ nos aplus facere ꝓhibet dicens: Nolite cõformari huic seclo. quapropter nõ est ista trinitas imago dei. Ex vltima quippe. id est corporea creatura qua superior est anima: in ipsa anima fit per sensum corpis: nec tamẽ est om̃imõ dissimilis. Quid eni non pro suo genere ac ꝓ suo modulo habet similitudinẽ dei: qñ quidẽ deus fecit om̃ia bona valde: nõ ob aliud nisi qr ipse summe bonus est. In quãtũ ergo bonũ est quicquid est intantũ scz q̃uis longe distantẽ: habz tñ nõnullã similitudinẽ summi boni. et si naturalẽ vtiq; rectam et ordinatã. si aũt vitiosam: vtiq; turpẽ atq; peruersam. Nã et anime in ipsis peccatis suis nõ nisi quandã similitudinẽ dei: superba et prepostera et (vt ita dicã) seruili libertate sectãtur. Ita nec primis parentib⁹ nostris persuaderi peccatuz posset: nisi diceretur: Eritis sicut dij. Nõ sane om̃e quod in creaturis aliquo mõ simile est deo: etiam eius imago dicẽda est: sz illa sola: qua superior ipse solus est. Ea quippe de illo prorsus exprimitur inter quã ⁊ ipsum nulla interiecta natura est. Vlisionis igitur illius. id est forme que fit in sensu cernentis quasi parens

Roma. 12

Eccl. 39

Gene. 5

est forma corporis ex qua fit. Sed parens illa nõ vera: vnde nec ista vera proles est. Neq; enĩ omino inde gignit: qm̃ aliud adhibet corpi: vt ex illo formet. id est sensus videntis. Quocirca id amare: alienari est. Itaq; volũtas q̃ vtrũq; cõiungit quasi parentem ⁊ quasi prolem: magis spiritalis est q̃ vtrũlibz illoꝝ. Nam corpus illud quod cernit omino spiritale nõ est. Visio vo q̃ fit in sensu habz admixtũ aliquid spiritale: qꝛ sine anima fieri nõ põt. Sz nõ totũ ita est: qm̃ ille qui format corpis sensus est. Volũtas vero q̃ vtrũq; cõiungit: magis vt dixi spiritalis agnoscit: et ideo tanq̃ personam spũs insinuare incipit in illa trinitate. Sed magis ꝑtinet ad sensum formatũ q̃ ad illud corpus vñ format. Sensus enĩ animãtis ⁊ volũtas anime est: nõ lapidis: aut alicuius corpis qd̃ videtur. Non ergo ab illo quasi parente ꝓcedit. Sz nec ab ista quasi prole. hoc est visione ac forma que in sensu est. Prius enĩ q̃ visio fieret: iam erat volũtas: que formandũ sensum cernendo corpi admouit: sed nõdũ erat placitũ. Quõ enĩ placeret qd̃ nõdũ erat visum. placitũ autẽ quieta volũtas est. Ideoq; nec quasi prolẽ visionis possum⁹ dicere voluntatẽ: q̃a erat ante visionẽ. nec quasi parẽtẽ: qꝛ nõ ex volũtate: sed ex viso corpe formata ⁊ expressa est. finẽ fortasse volũtat et requiẽ possum⁹ recte dicere visionẽ ad hoc dũtaxat vnum scz videndũ corpus. Neq; enĩ ꝓpterea nihil aliud volet qꝛ videt aliq̃d qd̃ volebat.

De fine volũtatis quo cognoscitur si recta an praua cupiamus. Capitulum. vj.

Non itaq; omino ipa voluntas hominis cuius finis nõ est nisi beatitudo. sed ad hoc vnũ iterũ scz subiectũ volũtas vidẽdi finẽ nõ habz nisi visionẽ: siue id referat ad aliud: siue nõ referat. Si enim nõ refert ad aliud visionẽ: sed tantũ voluit vt videret: nõ est disputãdũ quõ ostẽdat finem voluntatis esse visionẽ. manifestuz est enĩ. Si aũt refert ad aliud: vult vtiq; aliud: nec iam vidẽdi voluntas erit. Aut si vidẽdi: nõ hoc videndi scz subiectũ: sed aliud: tãq̃ si velit quisq; videre cicatricẽ: vt inde doceat vulnus fuisse. Aut si velit videre fenestram: vt per fenestrã videat trãseuntes. Omnes iste atq; alie tales volũtates: suos ꝓprios fines habẽt: qui referunt ad finẽ illius voluntatis qua volum⁹ beate viuere: et ad eã ꝑuenire vitã q̃ nõ referat ad aliud: sz amãti per seipsaz sufficiat. Volũtas ergo videndi: finem habet visionẽ. et voluntas hanc rem vidẽdi: finẽ habet huius rei visionẽ. Volũtas itaq; vidẽdi cicatricẽ: finẽ suũ expetit. hoc est visionẽ cicatricis: et ad eã vltra nõ ꝑtinet. Volũtas enĩ ꝓbandi vulnus fuisse alia voluntas est: q̃uis ex illa religet: cui⁹ item finis est ꝓbatio vulneris. Et volũtas videndi fenestrã: finẽ habet fenestre visionẽ. Altera est enĩ que ex ista nectit volũtas: per fenestrã videndi trãseuntes: cui⁹ itẽ finis est visio trãseũtiũ. Recte autẽ sunt volũtates omes sibimet religate: si bona est illa quo cuncte referunt. si aũt praua est: praue sunt omes. Et ideo rectarũ volũtatũ cõnexio iter est quoddã ascendẽtiũ ad beatitudinẽ: qd̃ certis velut passib⁹ agitur. Prauaꝝ aũt atq; distortaꝝ volũtatũ implicatio: vinculũ est quo alligabit q̃ hoc agit: vt proijciat in tenebras exteriores. Beati ergo qui factis ⁊ morib⁹ cantãt canticũ graduũ. et ve his qui trahũt pctã: sicut restem lõgã. Sic est aũt requies volũtatis quẽ dicim⁹ finem: si adhuc refert ad aliud: quẽadmodũ possum⁹ dicere requiẽ pedis esse in ambulãdo: cũ ponit vñ alius imitat: quo passib⁹ pergit. Si aũt aliq̃d ita placet: vt in eo cũ aliqua delectatiõe volũtas acquiescat: nõdũ est tñ quo illud tendit. sed ⁊ hoc refert ad aliud vt deputet: nõ tanq̃ patria ciuis: ꝫ tãq̃ refectio: vel etiã mãsio viatorũ.

Prouer. 5
Math. 8
Esa. 5

De ea trinitate q̃ iã nõ ex corpe neq; ex corpis sensu ꝫ de memoria nascitur cogitãtis. Ca. vij.

Iam vero in alia trinitate interiore quidẽ q̃ est ista in sensibilib⁹ ⁊ sensibus: sz tñ que inde cõcepta est: cũ iam nõ ex corpe sensus corpis: sed ex memoria format acies animi: cum in ipsa memoria species inheserit corpis quod forinsecus sensimus: illam speciẽ que in memoria est quasi parentẽ dicim⁹ eius que fit in phantasia cogitantis. Erat enĩ in memoria: et priusq̃ cogitaret a nobis sicut erat corpus in loco: et priusq̃ sentiret vt visio fieret. Sed cũ corpus cogitat ex illa quã memoria tenet exprimitur in acie cogitantis: et reminiscẽdo format ea species: que quasi proles est ei⁹ quã memoria tenet. Sed neq; illa vera parẽs: neq; ista vera proles est. Acies quippe animi que format ex memoria cũ recordãdo aliquid cogitam⁹: non ex ea specie procedit quã meminim⁹ visam: quãdo quidẽ eoꝝ meminisse non possem⁹ nisi vidissem⁹.

Acies aũt animi que reminiscẽdo formaꝫ: erat etiã prius cꝫ corpus qõ meminum⁹ viderem⁹: quanto magis prius cꝫ id memorie mandarem⁹? Quãcꝫ itacꝫ forma que fit in acie recordãtis: ex ea fiat que ineſt memorie. ipa tñ acies nõ inde exiſtit: ſed erat ante iſtã. Conſequẽs eſt aũt vt ſi nõ eſt illa vera parẽs: nec iſta vera ſit proles. Sed ꝛ illa quaſi parẽs: et iſta quaſi proles aliqd inſinuat. Unde interiora atcꝫ veriora exercitatius certuſcꝫ videant. Difficilius iã plane diſcernit: vtrũ volũtas que memorie copulat viſionẽ: non ſit alicuius eoꝝ ſiue parens ſiue proles. et hanc diſcretiõis difficultatẽ facit eiuſdez nature atcꝫ ſubſtantie paritas et equalitas. Necꝫ enĩ ſicut foris facile diſcernebat formaꝫ ſenſus a ſenſibili corpe: et voluntas ab vtrocꝫ ꝓpter nature diuerſitatẽ que ineſt ab inuicẽ oĩb⁹ tribus: de qua ſatis ſupra diſſeruim⁹. ita ꝛ hic põt. Quãuis enĩ hec trinitas de qua nunc querit foris inſecus inuenta eſt animo: intus tñ agit: ꝛ nõ eſt quicꝫ eius ꝓter ipſius animi naturã. Quo igit pacto demõſtrari põt voluntatẽ: nec quaſi parentẽ: nec ꝙſi prolẽ eſſe: ſiue corporee ſimilitudinis q̃ memoria cõtinet: ſiue eius q̃ inde cũ recordamur exprimitur: qñ vtrunꝫ in cogitãdo ita copulat: vt tanꝫ vnum ſingulariter appareat: et diſcerni niſi rõne nõ poſſit? Atcꝫ illud primũ videndũ eſt: nõ eſſe poſſe volũtatẽ reminiſcẽdi: niſi vel totũ: vel aliquid rei eiꝰ quã reminiſci volum⁹: in penetralib⁹ memorie teneam⁹. Qõ enĩ oĩa mõ ꝛ oĩa ex pte obliti fuerim⁹: nec reminiſcẽdi voluntas exoritur: qñ quicquid recordari volum⁹: recordati iam ſum⁹ in memoria nra eẽ vel fuiſſe. Verbi gra. Si recordari volo quid heri cenauerim: aut recordaꝫ iã ſum cenaſſe me: aut ſi et hoc nõdũ certe circa ipm tps aliqd recordaꝫ ſum: ſi nihil aliud ipm ſaltem heſternũ diẽ et eius eã partẽ qua cenari ſolet: ꝛ q̃d ſit cenare. Iã ſi nihil tale aliqd recordaꝫ eſſem quid heri cenauerim: recordari velle nõ poſſem. Uñ intelligi põt volũtatẽ reminiſcẽdi ab his quidẽ rebus q̃ memoria cõtinent ꝓcedere: adiunctis ſimul eis que inde p recordationẽ cernẽdo exprimũtur. id eſt ex copulatiõe rei cuiuſdã quã recordati ſum⁹: et viſionis que inde facta eſt in acie cogitãtis cũ recordati ſum⁹. Sed ipſa que vtrumcꝫ copulat voluntas requirit et aliud qõ quaſi vicinũ eſt atcꝫ contiguũ recordãti. Tot igit huius generis trinitates quot recordatiões: qz nulla eſt eaꝝ vbi nõ hec tria ſunt: illud qõ in memoria recõditũ eſt etiã antecꝫ cogitet: et illud qõ fit in cogitatiõe cũ cernit: et volũtas vtrũcꝫ coniũgens: ꝛ ex vtrocꝫ ac tertia ſeipſa vnũ aliqd cõplens. An potius ita cognoſcit vna quedam in hoc genere trinitas: vt vnũ aliquid generaliter dicam⁹ quicqd corpaliũ ſpecierum in memoria latet: et rurſus vnũ aliqd generalẽ viſionem animi talia recordantis atcꝫ cogitãtis: quoꝝ duorũ copulatiõi tertia cõiungit copulatrix volũtas: vt ſit hoc totũ vnũ quiddã ex quibuſdã tribus.

De multiplicatiõibus trinitatũ q̃ ex recordatiõe patiũt. Ca. viij.

Sed qñ non põt acies animi ſimul oĩa que memoria tenet vno aſpectu contueri: alternãt viciſſim cedẽdo ac ſuccedẽdo trinitates cogitationũ: atcꝫ ita fit iſta innumerabiliter numeroſiſſima trinitas: nec tamen infinita ſi numerus in memoria recõditarũ rerum nõ excedat. Ex quo enĩ cepit vnuſquiſcꝫ ſentire corpa quolibet corpis ſenſu etiã ſi poſſet adungere que oblitus eſt: certus ac determinaꝫ profecto numerus foret: cuius innumerabilis. Dicimus enĩ innumerabilia non ſolum infinita: ſz etiã que ita finita ſunt vt facultatẽ numerãtis excedãt. Sz hinc aduerti aliquanto manifeſtius põt: aliud eſſe qõ reconditũ memoria tenet: et aliud qõ inde in cogitatiõe recordãtis exprimit: cuius cũ ſit vtriuſcꝫ copulatio: vnũ idemcꝫ videat: qz meminiſſe nõ poſſum⁹ corpm ſpeciei: niſi tot quot ſenſim⁹: et quantas ſenſim⁹: et ſicut ſenſim⁹. ex corpis enĩ ſenſu eas in memoriã combibit anim⁹. Viſiones tñ ille cogitãtũ ex his quidẽ reb⁹ que ſunt in memoria: ſed tñ innumerabiliter atcꝫ oĩno infinite multiplicant atcꝫ variant. Unũ q̃ppe ſolem memini: qz ſicuti eſt vnũ vidi. Si voluero autẽ duos cogito vel tres: vel quot-quot volo: ſed ex eadẽ memoria qua vnũ memini: formaꝫ acies multos cogitãtis: et tantũ memini quantũ vidi. Si enĩ maiorẽ vel minorẽ memini q̃m vidi: iam nõ memini quod vidi: et ideo nec memini. Quia vero memini: tantũ memini quãtũ vidi: vel maiorem tñ p voluntate cogito: vel minorẽ: ꝛ ita memini vt vidi. Cogito autẽ ſicut volo currentẽ: ꝛ vbi volo ſtantem: vnde volo et quo volo venientẽ. Quadrũ etiã mihi cogitare in promptu eſt: cũ meminerim rotũdum. et cuiuſlibet coloris: cũ ſolem viridẽ

nunq̃ viderim: ⁊ ideo nõ meminerim. At-
q̃ vt solẽ: ita cetera. He aũt rerum forme:
qm̃ corp̃ales atq̃ sensibiles sũt: errat q̃dez
animꝰ cũ eas opinat̃ eo modo foris eẽ quo
modo intus cogitat: vel cũ iã intericrint fo
ris ⁊ adhuc in memoria retinent̃: vel cũ ali
ter etiã qd̃ meminimꝰ: nõ recordandi fide:
sed cogitandi varietate formatur. Q̃q̃ se
pissime credamus etiã vera narrãtibꝰ: q̃ ip
si sensibꝰ ꝑceperũt. Que cũ in ipso auditu
quãdo narrant̃ cogitamꝰ: nõ videt̃ ad me-
moriã retorqueri acies visionis cogitãtiũ.
neq̃ eni ea nobis recordãtibꝰ: ꝫ alio narrã
te cogitamꝰ: atq̃ illa trinitas nõ hic videt̃
expleri: q̃ fit cũ species in memoria latẽs et
visio recordãtis tertia volũtate copulãt̃.
Nõ enim qd̃ latebat in memoria mea: ꝫ qd̃
audio cogito cũ aliq̃d mihi narrat̃. Nõ ip-
sas voces loquẽtis dico: ne quisq̃ putet in
illã me exisse trinitatẽ q̃ foris in sensibilibꝰ
⁊ in sensibꝰ agit̃: sed eas cogito corporꝝ spe
cies: quas narrans verbis sonisq̃ signifi-
cat: q̃s vtiq̃ nõ reminiscẽs: ꝫ audiẽs cogi-
to. Sed si diligẽtius cõsiderem̃: nec tũc ex
cedit̃ memorie modus. Neq̃ eni vel intel
ligere possez narrantẽ: si ea q̃ dicit: ⁊ si con
texta tũc primũ audirẽ: non tñ generaliter
singula meminissem. Qui eni mihi narrat:
verbi gratia: aliquẽ mõtẽ silua exutũ: oleis
indutũ: ei narrat qui meminerim species ⁊
montiũ ⁊ siluarũ ⁊ oleaꝝ: quas si oblitꝰ es-
sem: q̃d diceret om̃ino nescirẽ: ⁊ ideo nar-
rationẽ illã cogitare ñ possez. Ita fit vt oĩs
q̃ corp̃alia cogitat: siue ipse aliq̃d cõfingat
siue audiat: aut legat: vel p̃terita narrantẽ:
vel futura p̃nunciantẽ: ad memoriã suã re
currat: ⁊ ibi reperiat modũ atq̃ mensuram
omniũ formarũ q̃s cogitans intuet̃. Nam
neq̃ colorẽ quẽ nunq̃ vidit: neq̃ figuram
corp̃is: nec sonũ quẽ nunq̃ audiuit: nec sa
porẽ quẽ nunq̃ gustauit: nec odorẽ quem
nunq̃ olfecit: nec vllã ꝯtrectationẽ corpo-
ris quã nunq̃ sensit potest quisq̃ omnino
cogitare. At si ꝓpterea nemo aliq̃d corp̃a
le cogitat nisi qd̃ sensit: qꝛ nemo meminit
corp̃ale aliquid nisi qd̃ sensit. sicut ĩ corpo
ribꝰ sentiendi: sic in memoria est cogitandi
modus. Sensus eni accipit speciem ab eo
corpore qd̃ sentimus: ⁊ a sensu memoria. a
memoria vero acies cogitantis. Volũtas
porro sicut adiungit sensũ corpori: sic me-
moriã sensui: sic cogitãtis aciem memorie.
Que aũt cõciliat ista atq̃ cõiũgit: ip̃a etiã
disiungit: ac sep̃at. id est volũtas. Sz a sen
tiendis corp̃ibꝰ motu corporis separat cor
poris sensus: ne aliq̃d sentiamꝰ: aut vt senti
re desinamꝰ. veluti cũ oclos ab eo qd̃ vide
re nolumꝰ auertimꝰ vel claudimꝰ: sic aures
a sonis: sic nares ab odoribꝰ. Ita etiaz vel
os claudendo: vel aliq̃d ex ore respuendo
a saporibꝰ auersamur. In tactu quoq̃ vel
subtrahimꝰ corpus ne tangamꝰ qd̃ nolumꝰ:
vel si iã tangamꝰ: abijcimꝰ aut repellimus.
Ita motu corp̃is agit volũtas: ne sensꝰ cor
poris rebus sensibilibꝰ copulet̃. Et agit h̃
q̃tum põt. Nã cũ in hac actione ꝓpter cõ
ditionẽ seruilis mortalitatꝭ difficultatẽ pa-
titur: cruciatꝰ est consequẽs: vt volũtati ni
hil reliq̃ fiat nisi tolerãtia. Memoriaz vero
a sensu volũtas auertit: cũ in aliud intenta
ñ ei sinit inherere p̃sentia. Qd̃ aĩaduertere
facile est cũ sepe corã loq̃ntẽ nobis aliquẽ
aliud cogitãdo nõ audisse nobis videmur.
falsũ ẽ aũt. Audiuimꝰ eni ꝫ nõ meminimꝰ.
subinde ꝑ auriũ sensũ labẽtibꝰ vocibꝰ: alie
nato nutu volũtatis: ꝑ quẽ solẽt infigi me-
morie: veriꝰ itaq̃ dixerimꝰ cũ tale aliq̃d ac
cidit: nõ meminimꝰ: quã nõ audimꝰ. Nã ⁊
legentibꝰ euenit ⁊ mihi sepissime: vt ꝑlecta
pagina vel epistola nesciã q̃d legerim: ⁊ re
petam. In aliud q̃ppe intento nutu volũ-
tatis: nõ sic ẽ adhibita memoria sensui cor
poris: quõ ipse sensus adhibitus ẽ litteris.
Ita ⁊ ambulãtes intenta in aliud volũtate
nesciũt qua transierint. qd̃ si non vidissent
nõ ambulassent. aut maiore intẽtione pal-
pando ambulassent: p̃sertim si ꝑ incognita
pergerent. sed quia facile ambulauerunt:
vtiq̃ viderũt. Quia vero non sicut sensus
oculoꝝ locis quacũq̃ ꝑgebãt. ita ipsi sen-
sui memoria iungebat̃: nullo modo id qd̃
viderũt etiã recentissimũ meminisse potue
runt. Iã porro ab eo qd̃ in memoria ẽ ani
mi aciẽ velle auertere: nihil est aliud q̃ nõ
inde cogitare.

Qꝛ in quolibet genere trinitatũ volũtas nec parẽs inueniatur esse nec proles. Capit. ix.

In hac igit̃ distributione cuz inci-
pimus a specie corporis: ⁊ ꝑueni
mus vsq̃ ad speciẽ q̃ fit in cõtuitu
cogitantis: q̃ttuor species reperiunt̃ quasi
gradatim nate altera ex altera. Secũda de
prima: tertia de secunda: quarta de tertia:
A specie q̃ppe corp̃is qd̃ cernit̃: exorit̃ ea q̃

fit in sensu cernētis: t ab hac ea q̄ fit in memoria: t ab ea q̄ fit in acie cogitātis. Quapropter volūtas quasi parētē cū pleter copulat. Primo speciē corpis cū ea quā gignit in corpis sensu. Et ipsam rursus cuz ea q̄ fit ex illa i memoria. Atq; istā quoq; tertio cū ea q̄ ex illa parit in cogitantis intuitu. Ez media copula q̄ secūda est: cū sit vicinior nō tā similis ē pme q̄ tertia. visiones eni due sūt: vna sentientis: altera cogitantis. Ut aūt possit esse visio cogitātis. ideo fit in memoria. De visione sentiētis sīle aliq̄d: quo se ita cōuertat in cogitando acies animi: sicut se i cernēdo cōuertit ad corp⁹ acies oculoruz: ꝓpterea duas in h̄ genere trinitates volui cōmendare. vnā cuz visio sentientis ormaī ex corpe. aliā cū visio cogitantis formaī ex memoria. Mediā vero volui: qz ibi nō solet visio dici: cū memorie cōmēdaī forma: q̄ fit i sensu cernētis. Ubiq; tñ volūtas nō apparet nisi copulatrix q̄si parētis t prolis. Et ideo vndecūq; ꝓcedat: nec parens nec proles dici pōt.

Q Ē facile sit cogitanti fingere sibi has spēs quas nō vidit ex earz recordatiōe quas vidit. C Ca. x

Tenum si nō meminim⁹ nisi qō sensim⁹: neq; cogitam⁹ nisi qō meminim⁹: cur plerūq; falsa cogitam⁹ cū ea q̄ sensim⁹: ñ vtiq; falso meminerim⁹: nisi qz volūtas illa quā cōiunctricē ac separatricē huiuscemodi rerū iā q̄tū potui demōstrare curaui: formiādā cogitāī acie ꝓ condita memorie ducit vt libitū ē: t ad cogitāda ea q̄ nō meminim⁹ ex eis q̄ meminim⁹ aliō hic: aliud inde: vt sumat t impellit: q̄ i vnā visionē coeuntia faciūt aliq̄d qō ideo falsū dicaī: qz vl nō ē forīs in rez corporeaz natura: vel nō de mēoria videī exꝑssū cū tale nihil nos sensisse meminim⁹. Quis eni vidit cygnū nigrū: t ꝓpterea nemo meminit. cogitare tñ q̄s nō pōt: Facile ē eni illā figurā quā videndo cognouim⁹ nigro colore ꝓfundere: quē nihilomin⁹ in alijs corpib⁹ vidim⁹. Et qz vtrūq; sensimus: vtrumq; meminim⁹. Nec auē q̄drupedē memini qz nō vidi. Ez phātasiā talē facillime intueor dū alicui forme volatili q̄lē vidi aditūgo alios duos pedes: q̄les itidē vidi. Quapropt dū ꝓiūcta cogitam⁹ q̄ sigillati sēsa meminim⁹: videmur nō id qō meminim⁹ cogitare: cuz id agam⁹ moderāte mēoria vñ sumim⁹ oia q̄ multiplicī ac varie ꝓ nr̄a volūtate cōponimus. Nā neq; ipsas magnitudines corpoꝝ q̄s nūq; vidim⁹ sine ope memorie cogitam⁹. Qtū eni spacij solet occupare per magnitudinē nūdi nr̄ obtut⁹. in tñ extēdimus q̄slibet corpoꝝ moles: cū eas maxias cogitam⁹. Et rō quidē pergit in ampliora: ꝫ phantasia nō seq̄t. Quippe cū infinitatē q̄z numeri ratio renūciet: quaz nulla visio corpalia cogitātis apprehēdit. Eadē rō docet minutissima etiam corpuscula infinite diuidi: cū tñ ad eas tenuitates vel minutias quentū fuerit: q̄s visas meminim⁹ exiliores minutioresq; phātasias iā nō possumus intueri: cuius ratio nō desinat pseq̄ ac diuidere. Ita nlla corpalia nisi aut ea que meminim⁹ aut ex his q̄ meminim⁹ cogitam⁹

De mēsura t numero t pōdere quoꝝ similitudo fit in memoria t visione t voluntate. C Ca. xj.

Sed qz numerose cogitari pñt q̄ sigillatim sūt impssa memorie: videtur ad memoriā mēsura: ad visionē vero numer⁹ ptinere. Quia lz innūerabilis sit multiplicitas taliū visionū: singulis tñ in memoria ꝓscript⁹ est intrāsgressibilis modus. Mēsura igit in memoria: in visionib⁹ numer⁹ apparet: sic in ipsis corpib⁹ visibilib⁹ mēsura q̄dā ē: cui numerosissime coaptaī sensus videntiū: t ex vno visibili multoꝝ cernētiū formaī aspect⁹: ita vt etiā vn⁹ ꝓpter duoꝝ oculoꝝ numez plerūq; vnaz rē geminatā specie videat: sic supra docuimus. In his ergo reb⁹ vñ visiones exprimūtur q̄dā mēsura est. In ipsis autē visionib⁹ numer⁹. Volūtas vo q̄ ista cōiūgit t ordinat: t quadā vnitate copulat: nec sentiēdi aut cogitādi appetitū nisi i his reb⁹ vñ visiones formaī acq̄escēs collocat pōderi similis ē. Quapropt h̄ tria mēsurā: numerū pōdus etiā in ceteris oib⁹ reb⁹ aiaduertenda ꝓlibauerim. Nūc interim voluntatē copulatricē rei visibilis atq; visionis q̄si parētis t plis: siue i sentiēdo siue in cogitādo: nec parētē nec plē dici posse: quō valui t q̄ b⁹ valui demōstraui. Ñ tps admonet hāc eādē trinitatē i interiore hoie req̄rere: atq; ab isto de q̄ tādiu locut⁹ sum aīali atq; carnali q̄ exteriorē introrsū tēdere. Ubi speram⁹ inuenire nos posse scāz trinitatē imaginē dei (conant⁹ nr̄os illo ipo adiuuāte) quez oia: sic res ipse indicāt: ita etiā sācta scptura i mēsura t nūero t pōdere dispositē testaī. C Explicit liber vndecimus.

Incipiunt capitula libri duodecimi.

i Quid sit q̄ etiā in animo nostro intelligendū sit ad exteriorē hominem pertinere.

ij Corpales sensus cōmunes nobis esse cū pecorib⁹: sed ꝓpriū esse homis de his que sensu corpis cōprehēdit secūdum eternas iudicare rationes.

iij Actiones corpales ita demū eē rectas si eis regendis mētis intellectuale p̄fuerit.

iiij Quid intersit inter illud q̄ mēs inclinatur ad tpalia: ⁊ illud quo ꝯtemplatur eterna.

v De opinione eoꝝ qui cōiugio masculi ⁊ femine ⁊ eorū proli diuinā cōparant trinitatem.

vj Q̄r homo nō ad vnius in trinitate ꝑsone: sed ad totius trinitatis imaginez sit creatus.

vij De eo qd̄ aplus dicit virū esse imaginē dei: mulierē autē gloriā viri.

viij Quibus ꝓgressibus mēs corpalium vsu ⁊ imagine delectata: ab eternoꝝ cōtemplatione deficiat.

ix Q̄r perniciose relicto cōmuni bono: p̄uata querant̄.

x Que sit humana temptatio: ⁊ qd̄ peccatū extra corpus habeat̄.

xj Quibus demutationib⁹ homo ab imagine dei in similitudinez pecoris delabatur.

xij Q̄r compabilis sit primorū hominum preuaricationi mens q̄ ad amorē tēporaliū sensu est tracta corporeo.

xiij De eorū sententia qui in vno homine mentē in ꝑsona viri: sensū aūt corpis ī ꝑsona mulieris accipiēdū eē dixerūt

xiiij In que officia proprie sapientia ⁊ scientia dei dant̄.

xv De opinione platonis q̄ credidit aīas aliā vitā priusq̄ corporib⁹ induerēt̄ habuisse.

Aurelij augustini episcopi de trinitate liber duodecimus incipit.

Quid sit q̄ etiā in aīo nr̄o intelligendum sit ad exteriorem hominem pertinere.

Capitulum.j.

Age nunc videamus vbi sit q̄si quoddā hoīs exterioris interiorisq̄ cōfiniuz. Quicquid enī habem⁹ in animo cōmune cū pecore recte adhuc dicit̄ ad exteriorē hoīez ꝑtinere. Non enī solū corpus homo exterior deputabit̄: ꝫ adiuncta q̄dā vita sua qua cōpages corporis ⁊ omnes sensus vigent: quib⁹ instructus ē ad exteriora sentiēda. Quoꝝ sensorū imagines infixe in memoria: cū recordādo reuisunt̄: res adhuc agit̄ ad exteriorem hominē ꝑtinens. Atq̄ in his oībus nō distamus a pecore: nisi q̄ figura corpis non proni: ꝫ erecti sumus. Qua in re admonemur ab eo qui nos fecit: ne meliore nr̄i parte. id est animo similes pecorib⁹ sim⁹: a quibus corpis erectione distam⁹: non vt in ea que sublimia sunt in corpib⁹ animū ꝓijciamus. Nā vel in talibus quietē voluntatis appetere: ꝓsternere est animū: ꝫ sicut corp⁹ ad ea q̄ sūt excelsa corpoꝝ. id ē ad celestia naturaliter erectū ē. sic anim⁹ que substātia spiritalis est: ad ea q̄ sūt in spiritalib⁹ excelsa erigendus ē. nō elatione suꝑbie: sed pietate iusticie.

Corpales sensus cōmunes nobis esse cū pecorib⁹: ꝫ propriū esse hoīs de his q̄ sensu corpis cōprehēdit scd̄m eternas iudicare rationes.

Capi.ij.

Possūt aūt ⁊ pecora ⁊ sentire ꝑ corpis sens⁹ extrīsec⁹ corpalia. ⁊ ea memoria fixa reminisci: atq̄ in eis appetere cōducibilia fugere incōmoda: verū ea notare. ac nō solū naturalit̄ rapta: ꝫ etiā de industria memorie cōmēdata retinere: ⁊ ī obliuionē iāiāq̄ labētia recordādo: atq̄ cogitādo rursus imp̄mere. vt quēadmodū ex eo qd̄ gerit memoria cogitatio format̄: sic ⁊ h̄ipsū qd̄ in memoria ē cogitatione firmet̄. Fictas etiā visiones hinc atq̄ inde recordata q̄libet sumēdo: ⁊ q̄si assumēdo cōponere: inspicere. quēadmodū in h̄ reꝝ genere q̄ verisimilia sūt discernant̄ a veris: n̄ spiritalib⁹ ꝫ ip̄is corpalib⁹. Hec atq̄ hmōi q̄uis in sensibilib⁹ atq̄ in eis q̄ inde anim⁹ ꝑ sensū corpis traxit agāt̄ atq̄ versent̄: nō sūt tn̄ rōnis expitia: nec hoīb⁹ pecoribusq̄ communia. Sz sublimioris rōnis ē iudicare de istis corpabilib⁹: scd̄m rōnēs incorpa

les ⁊ sempiternas. Que nisi supra mentem humanā essent: incōmutabiles pfecto non essent. atq; in his nisi subiū gereꝝ aliq̄d nostrū: nō scōm eas possem⁹ iudicare de corporalib⁹. Judicamus aūt de corpalib⁹ ex ratione dimēsionū atq; figurarū quā incōmutabiliter manere mēs nouit.

Actiones corpales ita demum esse rectas si eis regēdis mētis intellectuale pfuerit. Ca. iij.

Illud vo nostrū qđ in actione corporaliū atq; tpaliū tractādorū ita versaꝝ: vt nō sit nobis cōmune cū pecore: rationale q̄dē est. ꝫ ex illa rationali nostre mētis substātia: qua subherem⁹ intelligibili atq; incōmutabili veritati tanq̄ ductū ⁊ inferioꝛib⁹ tractādis gubernādisq; deputatū est. Sicut enī in oīb⁹ pecoꝛib⁹ nō inuentū est viro adiutoꝛiū simile illi: nisi dꝛactū de illo in cōiugiū formaret. ita menti nostre qua supernā ⁊ internā pſulim⁹ veritatē: nullū ē ad vsum rerū corpaliū q̄stuꝫ natura hominis satis ē simile adiutoꝛiū ex anime ptib⁹ q̄s cōmunes cū pecoꝛib⁹ habemus. Et ideo quiddā rationale nostruꝫ nō ad vnitatis diuoꝛtiū sepatū: ꝫ in auxilium societatis q̄si deriuatū in sui operis dispartiꝝ officiū. Et sicut vna caro ē duoꝛū in masculo ⁊ femina. sic intellectum nostrū: et actionē vel cōsiliū: ⁊ executionē: vel rōnez ⁊ appetitū rationalē: vel si q̄ alio modo significantius dici pſit: vna mētis natura cōplectiꝝ. vt quēadmodū de illis dictū ē: erūt duo in carne vna. sic de his dici possit: duo in mente vna.

Gen. 2

Ubi. s

Quid interſit inter illū quo mēs inclinaꝝ ad tpalia: ⁊ illud quo cōtemplatur eterna. Ca. iiij.

Cum igiꝝ disserim⁹ de natura mentis hūane de vna quadā re disserimus: nec eā in hec duo q̄ cōmemoraui: nisi p officia geminam⁹. Itaq; cuꝫ in ea querim⁹ trinitatē: in tota querim⁹: nō sepantes actionē rationalē in tpalib⁹ a contemplatione eternoꝝ: vt tertiū aliq̄d iā q̄ramus quo trinitas impleaꝝ. ꝫ in tota natura mentis ita trinitatē reperiri opus ē: vt si desit actio tpaliū cui operi necessariū sit adiutoꝛiū: ꝓpter qđ ad hec inferioꝛa administranda diriueꝝ aliq̄d mentis in vna nusq; dispartita mente trinitas inueniaꝝ. Et facta iā ista distributione in eo solo qđ ad cōtemplationē ptinet eternoꝛū: nō solū trinitas: sed etiā imago dei. In ꝫ aūt qđ diriuatū est in actione tpaliū etiā si trinitas possit nō tamē imago dei possit inueniri.

De opinione eoꝛū qui cōiugio masculi ⁊ femine ⁊ eoꝛū ꝓli diuinā cōparāt trinitatē. Ca. v.

Proinde nō mihi videnꝝ pbabilē afferre sententiā qui sic arbitrāt trinitatē imaginis dei in trib⁹ pſonis qđ attinet ad humanā naturā posse reperiri: vt in ꝓiugio masculi ⁊ femine atq; i eoꝛ ꝓle cōpleaꝝ. Qđ quasi vir ipse patris pſonā intimet. filiꝰ vero qđ de illo ita pcessit vt nasceꝝ. atq; ita tertiā pſonā vel vt spiritus dicūt esse mulierē: q̄ ita de viro pcessit: vt nō ipsa esset filiꝰ aut filia. q̄uis ea cōcipiente ꝓles nasceꝝ. Dixit enī dñs de spiritusancto q̄ a patre pcedat: ⁊ tñ filius nō est. In huiꝰ igiꝝ opinionis erroꝛe ꝫ solū pbabiliter afferꝝ: qđ i origine facte femine scōm sancte scripture fidē satis ostēdiꝝ: nō omne qđ de aliq̄ pſona ita existit: vt pſonā alterā faciat filiū posse dici: qñ quidē de viri persona extitit pſona mulieris: nec tñ eius filia dicta ē. Cetera sane ita sūt absurda: imo vero ita falsa: vt facillime redarguant. Omitto enī q̄le sit spiritū sāctuꝫ matrē filij putare ⁊ ꝓiugē patris. fortaſſis quippe respondeaꝝ hec in carnalib⁹ habere offensionē dū coꝛpoꝛei cōceptus ptusq; cogitāꝝ. Q̄q̄ꝫ ⁊ hec ipa castissime cogitēt: qb⁹ mūdis omnia munda sunt: imundis aūt ⁊ infidelibus quoꝛū polluta sunt: ⁊ mens ⁊ conscientia. ita nihil ē mūdū: vt q̄sdā eoꝛū etiā de virgine scōm carnē natus christus offendat. Sed tamē in spiritalib⁹ illis sūmis vbi nō ē aliq̄d violabile: aut coꝛruptibile. nec natū ex tpe: nec ex informi formatuꝫ: si qua dicunt talia: ad quoꝛū similitudinem etiā ista inferioꝛis creature genera q̄uis lōge remotissime facta sunt: nō debēt cuiusq; sobriā perturbare prudentiā: ne cū vanuꝫ deuitat hoꝛroꝛē in pnicioſū incurrat erroꝛem. Assueſcat in coꝛpib⁹ ita spiritaliū reperire vestigia: vt cū inde sursū versus duce ratione ascēdere ceperit: vt ad ipsā incōmutabilē veritatē p quā sunt facta ista perueniat: nō secum ad sūma ptrahat qđ cōtēnit in infimis. Nec enī erubuit quidā: vxoꝛē sibi eligere sapientiā. Quia nomē vxoris in ꝓle gignēda coꝛruptibilē cōcubitū in-

Job. 15

gerit cogitanti. aut vero ipsa sapiētia sexu femina est: qz femininū generis vocabulo z in greca z latina lingua enunciat.

Qz homo nō ad vnius in trinitate psone: sed ad totius trinitatis imaginē sit creatus. Ca. vj.

In ergo ꝓpterea respuimus istaz sententiā: qz timem⁹ sanctā z inuiolabilē caritatē: tanꝯ cōiugē dei patris de illo existentē. Sed nō sicut prolē Job.j ad gignendū verbū: per qō facta sūt oīa cogitare. Et qz eam falsā diuina scriptura Gene.j euidenter ostendit. Dixit enim de⁹: faciam⁹ hominē ad imaginē nostrā: paulopost aūt dictū ē: Et fecit de⁹ hominē ad imaginē dei. Nostrā certe qz pluralis est numerus: non recte diceret: si homo ad vni⁹ psone imaginē fieret: siue pris: siue filij: siue spiritussancti. Sed qz fiebat ad imaginē trinitatis: ꝓ-pea dictū ē ad imaginē nraz. Rursꝰ aūt ne i trinitate credēdos arbitraremur tres deos cū sit eadē trinitas vn⁹ de⁹: Et fecit i quit de⁹ hominē ad imaginē dei: p eo ac si diceret ad imaginē suā. Sunt enī tales vsitate in litteris illis locutiōes: q̄s nōnulli catholicā si etiā fidē asserūt. si tñ diligent ad uertunt: vt putent ita dictum: Fecit deus ad imaginē dei: q̄si diceret: fecit pr̄ ad imaginē filij. Dic volentes asserere in scriptur⁹ sanctis deū dictū etiam filiū: q̄si desint alia verissima z manifestissima documēta: vbi nō solū de⁹. sed etiā verus de⁹ dict⁹ ē fili⁹. In hoc enī testimonio dū aliud soluere intendūt. sic se implicāt: vt expedire nō possint. Si enī pater fecit ad imaginez filij: ita vt nō sit homo imago patris z filij: dissimilis ē patri fili⁹. Si enī pia fides docet: sicuti fides docet filiū eē ad eq̄litatē essētie sikem patri qō ad sīlitudinē filij factū ē: necesse ē etiā ad simulitudinē patris factū sit. Deinde si hominē pater non ad suā: sed ad filij fecit imaginē. cur nō ait: faciam⁹ hoiem ad imaginē z similitudinē tuā: ꝫ ait nr̄am: nisi qz trinitatis imago fiebat in hoie: vt ꝫ modo esset homo imago vni⁹ veri dei: qz ipsa trinitas vn⁹ verus de⁹ est. Locutiones aūt sūt innumerabiles tales in scripturis: ꝫ has ꝓtulisse suffecerit. Est in psalmis ita dictū: Ps.3 Domini est salus: z sup populū tuū benedictio tua: q̄si alteri dictū sit: nō ei de q̄ di- Ps.j7 xerat: Domini est salus. Et iteruz: Et te inquit eruar a temptatione: z in deo meo sperans transgrediar murz. quasi alteri dixerit a te eruar a temptatione. Et itez: Populi Ps.44 sub te cadēt in corda inimicorū regis. Ac si diceret: In corda inimicoz tuorū. Et q̄p pe regi dixerat. id est dño nr̄o iesu xp̄o: populi subte cadent: quē regē intelligi voluit cū diceret inimicoz regis. Rari⁹ ista in noui testameti litteris inueniunt. Ex tñ ad romanos ap̄ls de filio suo inqt: q̄ fact⁹ ē ei ex Roma.j semine dauid scōm carnē: qui predestinat⁹ est filius dei in virtute scōm spiritū sanctificationis ex resurrectiōe mortuorū iesu christi dñi nr̄i. Cāꝯ de alio sup̄ diceret. Quid est enī filius dei p̄destinat⁹ ex resurrectiōe mortuoz iesu christi: nisi eiusdē iesu christi qui predestinat⁹ est fili⁹ dei in virtute. Ergo quō hic cū audiuim⁹ fili⁹ dei in virtute iesu christi. aut fili⁹ dei scōm spiritū sanctificationis iesu xp̄i. aut fili⁹ dei ex resurrectione mortuoz iesu xp̄i: cū dici potuisset vsitate in virtute sua: aut scōm spiritū sanctificationis sue: aut ex resurrectione mortuoz ei⁹: vel mortuoz suorū: nō cogimur intelligere aliā psonā: sed vnā eādēq̄ scz filij dei dñi nostri iesu christi. Ita cū audiuim⁹: Fe- Gen.j cit deus hoiem ad imaginē dei: cuius possit vsitati⁹ dici ad imaginē suā: non tñ cogimur aliā psonā intelligere in trinitate: ꝫ ipsam vnā eandēq̄ trinitatē: qui est vn⁹ de⁹: ad cui⁹ imaginē fact⁹ est homo. Que cum ita sint: si eandem trinitatis imaginē nō in vno sed in trib⁹ hominib⁹ acceperim⁹: pr̄e z matre z filio. nō erat ergo ad imaginē dei fact⁹ homo anteq̄ vxor ei fieret: z anteq̄ filiū ꝓpagarent: qz nōdū erat trinitas. Audicit aliq̄s. Jam trinitas erat: qz etsi nōdū forma ꝓpria: iā tamē originali natura z mulier erat in latere viri: z fili⁹ in lumbis pr̄is: Cur q̄ cū scriptura dixisset: Fecit de⁹ hoiez Ubi.s ad imaginē dei: cōtexuit dicens: Fecit de⁹ Ibidem eū: masculū z feminā fecit eos: z benedixit eos: Vel si ita distinguēdū ē: z fecit de⁹ hominē. vt deinde inferat ad imaignē dei fec illū. z tertia subiunctio sit: masculū z feminā fecit eos. Quidā enī timuerūt dicere: fecit eū masculū z feminā: ne quasi mōstruosum aliq̄d intelligeret: sicuti sūt q̄s hermaphroditas vocant: cū etiā sic nō mendacit possit intelligi vtrūq̄ i numero singulari. ꝓpter id qō dictū ē: duo i carne vna: Cur ergo vt dicere ceperā i natura hominis ad imaginē dei facta ꝓpter masculū z feminā ñ cōmemorat scriptura: Ad implendā q̄ppe imaginē trinitatis debuit addere z filium:

ꝗuis adhuc in lũbis patris cõstitutũ sicut mulier erat in latere. An forte iã facta erat ⁊ mulier: ⁊ scriptura breui cõplexione constrinxerat: qđ postea quẽadmodũ sit factũ diligentius explicaret. ⁊ propterea filꝰ cõmemorari nõ potuit: quia nõdũ erat natꝰ: ꝯsi ⁊ hoc non poterat ea breuitate cõplecti spiritussanctus suo loco postea natũ filiuꝫ narraturus: sicut mulierẽ de viri latere assumptam suo postmoduꝫ loco narrauit: et tamen hic eã nominare nõ preteruisit.

De eo qđ apostolus dicit virum esse imaginẽ dei: mulierez autem gloriam viri. Ca. vij.

Non itaqꝫ ita debemus intelligere hoiez factũ ad imaginẽ sũme trinitatis. ꝟ ẽ ad imaginẽ dei: vt eadez imago in tribus intelligaꝫ hominibꝰ: pꝫertum cum apostolus virũ dicat esse imaginẽ dei: ⁊ propterea velamentũ ei capitis demat: qđ mlieri adhibẽdũ monet: ita loqnꝫ:

1. Cor. ij Vir qdẽ nõ debet velare caput cũ sit imago ⁊ gloria dei. Mulier aũt gloria viri est. Quid ergo dicemus ad hec? Si pro sua pꝫsona mulier adimplet imaginez trinitatis: cur ea detracta de latere viri adhuc ille imago dicit: aut si ⁊ vna persona hois ex tribꝰ potest dici imago dei: sicut in ipsa summa trinitate ⁊ vna queqꝫ persona deꝰ est: cur ⁊ mulier non est imago dei? Nam propterea caput velare precipitur: quod ille qꝫ imago dei est prohibeꝫ. Sed videndũ est quõ

Vbi. ꝫ non sit cõtrariũ qđ dicit apostolus: nõ mulierẽ sed virũ esse imaginẽ dei. huic qđ scriptum ẽ in genesi:

Gene. j Fecit deꝰ hominẽ: ad imaginem dei fecit eũ: masculuꝫ ⁊ feminã fecit eos: et bñdixit eos. Ad imaginez ꝗppe dei naturã ipsã humanã factaꝫ dicit. que sexu ex vtroqꝫ compleꝫ. nec ab intelligẽda imagine dei separat feminã. Dicto enĩ q fecit deus hominẽ ad imaginẽ dei: fecit eũ inqt masculũ ⁊ feminã. vel certe alia distinctio-

j. Cor. jj ne: masculũ ⁊ feminã fecit eos. Quõ ergo per apostolũ audiuimꝰ virũ esse imaginez dei: vnde caput velare prohibeꝫ: mulierez aũt nõ. ⁊ ideo ipa hoc facere iubeꝫ: nisi credo illud esse qđ iam dixi: cũ de natura humane mẽtis agerem: mulierẽ cum viro suo esse imaginẽ dei: vt vna imago sit tota illa substantia. Cũ autẽ ad adiutoriũ distribuitur qđ ad eãipsam solã attinet: nõ est imago dei: q autẽ ad virum solũ attinet: imago dei est: tam plena aut integra: ꝯ in vnũ cõiuncta muliere. Sicut de natura hũane mentis dixim⁹: quia etsi tota cõtemplet veritatem imago dei est: ⁊ cuz ex ea distribuit aliqd: ⁊ quadã intentione deriuaꝫ ad actionem rerũ temporaliũ: nihilomin⁹ ex q̃ parte conspectã cõsulit veritatez: imago dei ẽ: ex qua vero intendit in agenda inferiora: nõ est imago dei. Et qm̃ ꝯtũ cuncqꝫ se extẽderit in id qđ eternuz est: tantomagis indeformaꝫ ad imaginẽ dei: ⁊ ꝓpterea nõ ẽ cohibenda vt se inde ꝓtineat ac temperet: iõ vir non debet velare caput. Quia vero illi rationali actioni q̃ in reb⁹ corpalibus temporalibusqꝫ versaꝫ. periculosa est nimia in inferiora ꝓgressio: debet habere potestatẽ sup caput: qđ indicat velamentũ quo significatur esse cohibibẽda. Grata est enĩ sanctis angelis sacrata ⁊ pia significatio. Naz deus nõ ad tempus videt: nec aliqd noui fit in eiꝰ visione atqꝫ scientia: cũ aliqd temporaliter ac transitorie geritꝫ: sicut inde afficiunt sensus vl carnales aialiũ ⁊ hominũ vel etiã celestes angelorum. In isto quippe manifesto sexu masculi ⁊ femine. apostolus paulus occultiorẽ cuiusdã rei figuraſſe mysteriũ. Vel hinc intelligi potest: qđ cũ alio loco dicat verã viduã eẽ desolatã sine filijs ⁊ nepotib⁹: ⁊ tñ eã sperare debere in deũ: ⁊ pſistere in oratõib⁹ nocte ⁊ die. hic indicat mulierẽ seductã in ꝑuaricatiõe facta: saluã fieri ꝑ filioꝝ generationẽ. Et addit: si pmãserit in fide ⁊ dilectione ⁊ sanctificatiõe cũ sobrietate. Quasi vero possit obesse bone vidue sivel filios nõ habuerit: vel hi quos habuerit: si in bonis operib⁹ pmanere voluerint. Sed qꝫ ea que dicuntꝫ opera bona tanqꝫ filij sunt vite nostre: scõm quã queritꝫ cuius vite sit quisqꝫ. id est quõ agat hec tẽporalia: quã vitã greci nõ zoen: ꝫ bion vocãt. Et hec opera bona maxime in officijs misericordie frequentari solent. Operave-

i. Cor. ji ro misericordie nihil prosũt: siue paganis siue iudeis: qui christo nõ credũt: siue quibuscũqꝫ hereticis vl scismaticis: vbi fides ⁊ dilectio ⁊ sobria sanctificatio ñ inuenitꝫ: manifestũ ẽ quid apostolus significare voluerit: ideo figurate ac mystice quia de velando mulieris capite loquebaꝫ: qđ nisi ad aliqđ secretum sacramẽti referaꝫ: inane remanebit. Sicut enĩ non solum veracissima ratio: sed etiã ipsius apostoli declarat auctoritas: nõ scõm formã corporis homo factus est ad imaginẽ dei: sed scõm rationalẽ

mentem. Cogitatio quippe turpiter vana
est: que opinat deum mẽbrorũ corporalium
liniamẽta circũscribi: atq; diffiniri. Porro
Ephe. 4 autẽ nõne idem beat⁹ apostolus dicat: Re
nouamini spiritu mentis vestre: & induite
nouũ hoiez q̃ scõm deũ creatus est. Et ali
Colo. 3 bi apertius: Exuẽtes vos inquit veterẽ ho
minem cũ actibus eius: & induite nouũ qui
renouatur in agnitione dei scõm imaginez
eius qui creauit eũ. Si ergo spiritu mentis
nostre renouamur: & ipse est nouus homo
qui renouat in agnitione dei secundũ ima
ginem eius q̃ creauit eum. nulli dubiuz est
nõ secundũ corpus: neq; secũdũ quãlibet
animi partem: sed scõm rationalẽ mentem
vbi potest esse agnitio dei: hominẽ factum
ad imaginẽ eius qui creauit eũ. Secundũ
hanc autẽ renouationẽ efficimur etiaz filij
dei per baptismũ christi: & induẽtes nouuz
hominẽ: christũ vtiq; induimur per fidez.
Quis est ergo qui ab hoc cõsortio feminas
alienet: cuz sint nobiscũ gratie coheredes:
Gal. 3 Et alio loco idem aplus dicat: Oẽs enim
filij dei estis: per fidem in xpo iesu. Quicũ
q; enim in christo baptzati estis: christum in
duistis. Non est iudeus neq; grecus: non
est seruus neq; liber: nõ est masculus neq;
femina. omnes enim vos vnũ estis in christo
iesu. Nunq̃d nã igit fideles femine sexum
corporis amiserũt: Sed qz ibi renouantur
ad imaginẽ dei vbi sexus nullus est: ibi fa
ctus est homo ad imaginẽ dei vbi sex⁹ nul
i. Cor. ij lus ẽ. hoc ẽ in spiritu mentis sue. Cur ergo
vir ꝓpterea nõ debet caput velare qz ima
go est & gloria dei: Mulier aũt debet: quia
gloria viri est. quasi mulier nõ renouet spi
ritu mẽtis sue: qui renouat in agnitione dei
scõm imaginẽ eius qui creauit eũ. Sed qz
sexu corpis distat a viro: rite potuit in eius
corporali velamento figurari pars illa rati
onis: q̃ ad tẽpalia gubernãda deflectit:
vt nõ maneat imago dei nisi ex q̃ pte mens
hominis eternis rationib⁹ cõspiciendis vl
cõsulendis adheresci: quã nõ solũ masculos: sed etiã feminas habere manifestũ est.
Ergo in eorũ mentib⁹ cõmunis natura cognoscit. in eorũ vero corporib⁹ ipsius vnius mentis distributio figuratur.

Quibus progressibus mẽs corporalium vsu & imagine delectata: ab eternorũ cõtemplatione deficiat. Ca. viij.

Ascendentibus itaq; introrsus q̃busdã gradibus cõsideratiõis per
anime partes: vñ incipit aliquid
occurrere: qd nõ sit nobis cõmune cum bestijs: inde incipit ratio vbi hõ interior iam
possit agnosci. Qui etiã ipe si per illã rationem cui temporaliũ rerũ administratio delegata est: immoderato progressu nimis in
exteriora prolabit: consentiente sibi capite
suo. id est nõ eam cohibẽte atq; refrenãte:
illa que in speculo cõsilij presidet quasi virili portione inueterat inter omnes inimicos suos: virtutũ invidos demones cũ suo
principe diabolo eternorũq; illa visio: ab
ipso etiam capite cum cõiuge vetitũ mãducãte subtrahitur: vt lumẽ oculorũ eius nõ
sit cum illo. Ac sic ab illa illustratione veritatis ambo nudati: atq; apertis oculis cõscientie ad videndũ q̃ inhoesti atq; inde
cori remanserint: tanq̃ folia dulciũ fructuum: & sine ipsis fructibus. ita sine fructu boni operis bona verba ꝓtexerint: vt male viuentes quasi bene loquendo cõtegant turpitudinem suam.

Cẽ pniciose relicto cõmuni bono priuata q̃rantur. Ca. ix.

Detestatem quippe suã diligẽs aia
a cõmuni vniuerso ad priuatã ptẽ
prolabitur: & apostatica illa superbia: qd initiũ peccati dicit: cũ in vniuersitate creature deũ rectorẽ secuta: legib⁹ eius
optime gubernari potuissz: plus aliq̃d vniuerso appetens atq; id sua lege gubernare
molita: quia nihil est ampli⁹ vniuersitate
in curã partilẽ trudit: & sic aliquid amplius cõcupiscendo minuit. Ilñ & auaricia dicit i. Thi. 6
radix omniũ malorũ. Totũq; illud vbi aliquid propriũ cõtra leges quibus vniuersitas administrat agere nitit: per corpus ꝓprium gerit: qd partilit possidet: atq; ita formis & motibus corpalibus delectata: qz intus eas secũ non habet: cũ eorũ imaginib⁹
quas memorie fixit inuoluit: & phãtastica
fornicatione turpiter inquinat: oia officia
sua ad eos fines referens: quib⁹ curiose corporalia ac tpalia p corporis sensus querit.
Aut tumido fastu alijs aiis corporeis sensibus deditis esse affectat excelsior. aut ceno
so gurgite carnalis voluptatis immergit.

Que sit hũana temptatio: & qd peccatũ extra corp⁹ habeatur.

Capitulum. x.

Cum ergo bona voluntate ad interiora ⁊ superiora percipienda: q̄ nō priuatim: sed cōmuniter ab omnib⁹ q̄ talia diligūt sine vlla angustia vel inuidia casto possidēt ⁊plexu: vel sibiuic alijs cōsulit: ⁊ si fallat in aliq̄ per ignorātiā temporalū: qz ⁊ hoc temporaliter gerit: ⁊ modum agendi nō teneat quē debebat: hūana temptatio est. Et magnū est hanc vitaz sic degere: quā velut viam redeuntes carpimus: vt temptatio nos nō apprehendat nisi humana. Hoc enī peccatū extra corp⁹ est: nec fornicationi deputat: et ꝓpterea facillime ignoscit. Cū vero ꝓpter adipiscēda ea q̄ p corp⁹ sentiūt ꝓpt experiēdi vl excellēdi vel cōtrectādi cupiditatē: vt i his finē boni sui ponat: aliqd agit: q̄cq̄d agat turpit agit: ⁊ fornicat in corp⁹ ꝓpriuz peccās: ⁊ corporearū rerum fallacia simulachra introrsus rapiens: ⁊ vana meditatione cōponens. vt ei nec diuinuz aliquid nisi tale videatur: priuatim quasi fetat erroꝛib⁹: ⁊ priuatim prodiga inanit viribus. Nec ad tā turpem ⁊ miserabilē fornicationē simul ab exordio prosiliret: sed sicut scriptuz ē. Qui modica spernit paulatim decidet.

Quib⁹ demutationib⁹ hō ab imagine dei in similitudinē pecoris delabitur. Ca. xj.

Quomodo enī coluber nō apertis passib⁹ sed squamarū minutissimis nisib⁹ repit: sic lubricus deficiendi motus negligētes minutatim occupat: ⁊ incipiens a puerso appetitu similitudis dei: p uenit ad similitudinē pecoꝛū. Inde ē q̄ nudati stola prima: pelliceas tunicas mortalitate meruerūt. Honoꝛ enī hois verus est imago ⁊ similitudo dei: q̄ non custodit nisi ad ipsū a q̄ imprimit. Quātomagis itaq̄ inheret deo: q̄stominus diligit ꝓpriuum. Cupiditate vero experiēde ptātis sue: q̄dammutu suo ad seipsū tāq̄ ad mediū prouocat. Itaq̄ cū vult esse sic ille sub nullo: ⁊ ab ipa sui medietate penaliter ad ima ꝓpellit. id est ad ca q̄b⁹ pecoꝛa letāt: atq̄ ita cū sit honoꝛ ei⁹ similitudo dei, dedecus aūt eius similitudo pecoris. homo in honoꝛe posit⁹ nō intellexit: compatus est iumētis insipientib⁹: ⁊ similis fact⁹ ē eis. Qua igit tā longe transiret a sūmis ad infima: nisi p mediū sui. Cū enī neglecta caritate sapiētie q̄ semp eodez modo manet: cōcupiscit sciētia ex mutabiliuz ⁊ taliūq̄ experimento: inflat non edificat. Ita ꝓgrauatus animus quasi pōdere suo a beatitudine expellit: ⁊ p illud sue medietatis experimētū pena sua discit q̄d int sit inter bonū desertū: malūq̄ cōmissū. nec redire pōt effusis ac ꝓditis viribus: nisi gra ꝓditoꝛis sui ad penitētiā vocātis ⁊ peccata donantis. Quis enī infelicē animā liberabit a coꝛpoꝛe mortis huius nisi gratia dei p iesū xp̄m dn̄m nostrū: De q̄ gratia: suo loco quando ipse p̄stiterit disseremus.

Quocompabilis sit primoꝛū hominū ꝓuaricationi mes q̄ ad amorē tpalium sensu est tracta coꝛporeo. Capi. xij.

Hanc de illa pte rationis ad quā p tinet scientia. id ē cognitio reꝝ tpaliū atq̄ mutabiliuz nouādis vite huius actionib⁹ necessaria susceptā cōsiderationē q̄stū dom⁹ adiuuat pagam⁹. Sicut enī in illo manifesto cōiugio duoꝛū hominū q̄ primi facti sunt: nō māducauit serpens de arboꝛe vetita: ⁊ tantūmodo manducandū psuasit. Mulier aūt nō māducauit sola: ⁊ viro suo dedit: ⁊ simul manducauerūt: q̄uis cū serpente sola locuta ē: ⁊ ab eo sola seducta sit. Ita ⁊ in ꝟ q̄ etiā in homine vno gerit ⁊ dinoscit: occulto quodaz secretoq̄ cōiugio carnalis: vel vt ita dicā: qui coꝛpis sensus intendit sensualis animi motus: q̄ nobis pecoꝛibusq̄ cōmunis ē: seclusus est a ratione sapientie. Sensu q̄ppe coꝛporis coꝛpalia sentiūt. eterna vero ⁊ incōmutabilia spiritalia ratiōe sapiētie intelligunt. Rationi aūt scientie appetit⁹ vicin⁹ est: q̄n quidē de ipsis coꝛpalib⁹ q̄ sensu coꝛporis sentiunt ratiocinant ea q̄ scientia dicit actionis: si bene vt eā noticiā referat ad finē sūmi boni. si autē male: vt eis fruat tā q̄ bonis talib⁹ in q̄b⁹ falsa beatitudine cōq̄escat. Cū ḡ huic intentioni mētis q̄ in reb⁹ tpalib⁹ ⁊ coꝛpalib⁹ ꝓpt actionis officiū rōcinādi vsuacitate versat: carnalis ille sēsus vel animalis ingerit quandā illecebrā fruendi se. id est tanq̄ bono q̄dā priuato ⁊ ꝓprio: nō tanq̄ publico ⁊ cōmuni: q̄d ē incōmutabile bonū: tūc velut serpens alloq̄tur feminā. huic aūt illecebre cōsentire: de ligno ꝓhibito māducare ē. Ex iste cōsens⁹ si sola cogitationis delectatione ꝓtent⁹ est: superioris vero auctoꝛitate ꝓsilij ita mēbra retinent: vt non exhibeant iniq̄tatis arma peccato: sic habendū existimo velut cibuz vetitum mulier sola comederit. Si autem

Ioel. 3 — Gen. 3 — Eccl. 19 — 1. Cor. 10 — Ps. 48 — 1. Cor. 8 — Gen. 5 — Roma. 7 — Roma. 6

in cõsentione male vtendi rebus q̃ ꝑ sensũ corꝑis sentiunt̃: ita decernit̃ qd̃cunq; peccatuz: vt si potestas sit etiã corꝑe cõpleat̃: intelligenda est illa mulier dedisse viro suo secũ simul edendũ illicitũ cibũ. Neq; eniz põt peccatũ nõ solũ cogitandũ suauit̃: verũetiã efficaciter perpetrãdũ mente decerni: nisi ⁊ illa mentis intentio penes quã sũma potestas est membra in opus mouẽdi: vel ab oꝑe cohibendi male actioni cedat ⁊ seruiat. Nec sane cũ sola cogitatione mens oblectat̃ illicitis: nõ quidẽ decernẽs esse facienda: tenens tñ ⁊ volens libẽter q̃ statim vt attigerũt animũ respui debuerũt: negãdũ nõ ẽ esse peccatũ: ꝫ longe minus q̃ si ⁊ oꝑe statuat̃ implendũ. Et ideo de talibus q̃z cogitationib⁹ venia petẽda ẽ: pectusq; ꝑcutiendũ: atq; dicendũ: Dimitte nob̃ debita nostra. faciendũ q̃z qd̃ sequit̃: atq; in oratione iungẽdũ. sicut ⁊ nos dimittimus debitorib⁹ nr̃is. Neq; eni sicut in illis duobus ꝑmis hominib⁹ ꝑsonã suã quisq; portabat: ⁊ iõ si sola mulier cibũ edisset illicitũ: sola vtiq; mortl̃ supplicio plecteret̃. Ita dici põt in homine vno: si delectationibus illicitis a quibus se cõtinuo debet auertere cogitatio libenter sola pascat̃: nec faciẽda decernant̃ mala: sed tm̃ suauit̃ in recordatione teneant̃: quasi mulierẽ sine viro posse dãnari: absit ꝫ credere. Hec q̃ꝑe vna ꝑsona ẽ: vn⁹ hõ est: totusq; dãnabit̃: nisi ꝫ que sine volũtate operãdi: sed tñ cũ volũtate animũ talib⁹ oblectãdi soli⁹ cogitatõis sentiunt̃ esse peccata: ꝑ mediatoris gratiã remittant̃. Hec itaq; disputatio qua in mẽte vniuscuiusq; hoĩs q̃siuim⁹ q̃ddã rõnale cõiugiũ cõtẽplationis ⁊ actionis: officijs ꝑ quedã singula distributis: tñ in vtroq; mẽtis vnitate ꝟuata: salua illi⁹ veritatis historia: quã de duob⁹ ꝑmis hoĩb⁹ viro. s. eiusq; muliere: de q̃b⁹ ꝓpagatũ ẽ gen⁹ hũanũ: diuina tradit auctoritas. Ad hoc tm̃mõ audienda ẽ: vt intelligat̃ aplus: imaginẽ dei viro tm̃ tribuendo nõ etiã femine: q̃uis in diuerso sexu duoꝝ hoĩm aliq̃d tñ significare voluisse qd̃ in vno homine q̃reret̃.

Math. 6

i. Cor. ii

De eorũ sentẽtia q̃ in vno hoĩe mentẽ in ꝑsona viri: sensũ aũt corporis in persona mulieris accipiẽdũ esse dixerũt. Ca. xiij.

Nec me fugit quosdã q̃ fuerũt ante nos egregij defensores catholice fidei ⁊ diuini eloquij tractatores: cum in homine vno cui⁹ vniuersã animã bonã quendã ꝑadisũ esse senserẽt: duo ista requirerẽt: virũ mentẽ: mulierẽ vero dixisse corꝑis sensum. Et scd̃m hanc aũt distributionẽ q̃ vir ponit̃ mens: sensus vero corꝑis mulier: vident̃ apte om̃ia cõuenire: si cõsiderata tractent̃: nisi q̃ in omnib⁹ bestijs ⁊ volatilib⁹: scriptũ ẽ: non esse inuentũ viro adiutoriuz simile illi: ⁊ tunc ẽ ei mulier facta de latere. Propter qd̃ ego nõ putaui ꝓ muliere sensum corꝑis esse ponendũ: quẽ videm⁹ nob̃ ⁊ bestijs esse cõmunẽ. sed aliquid volui qd̃ bestie nõ haberent. sensũq; corꝑis magis ꝓ serpẽte intelligendum existimaui: qui legit̃ sapientior omnib⁹ pecoribus terre. In eis q̃ꝑe naturalib⁹ bonis: q̃ nobis ⁊ irrationalib⁹ animãtib⁹ videm⁹ esse cõmunia: viuacitate q̃dã sensus excellit: nõ ille de q̃ scriptum est in epistola: que est ad hebreos: vbi legitur: perfectorum esse solidum cibum: q̃ per illum habitũ exercitatos habẽt sensus ad seꝑandũ bonũ a malo. Illi q̃ꝑe sensus nature rationalis sunt ad intelligentiã ꝑtinentes: ꝫ iste sensus q̃ est quinq̃partitus in corꝑe: per quẽ nõ solũ a nobis: verũetiaz a bestijs corꝑalis species motusq; sentitur. Sed siue isto: siue illo: siue aliquo alio modo accipiendum sit: qd̃ apostolus: virũ dixit imaginẽ ⁊ gloriam dei. mulierem autez gloriam viri: apparet tamẽ cum secundum deũ viuimus: mentẽ nostram in inuisibilia eius intentã: ex eius eternitate: veritate: caritate proficienter debere formari. Quiddã vero rationalis intentionis nostre. ꝫ est eiusdem mentis in vsũ mutabilium corporaliũq; rerum: sine quo hec vita nõ agit̃ dirigendum: non vt conformemur huic seculo finem ꝯstituendo in bonis talib⁹: ⁊ in ea de torquẽdo beatitudinis appetitũ: sed vt quicq̃d in vsu temporaliũ rationabiliter facim⁹: eternorum adipiscendorũ cõtemplatione faciam⁹: per ista transeuntes: illis inherentes.

Gen. 2

Gen. 3

Heb. 5

i. Cor. ii

Roma. 12

In que officia propria sapientia ⁊ scientia dei dantur. Ca. xiiij.

Habet eniz ⁊ scientia modũ suũ bonũ: si qd̃ in ea inflat vel inflare assolet: eternoꝝ caritate vincat̃: que nõ inflat: sed vt scimus edificat. Sine sciẽentia q̃ꝑe: nec v̄tutes ip̃e q̃bus recte viuit̃ pñt haberi: ꝑ q̃s hec vita misera sic gub̃net̃

vt ad illaz que vere beata ē perueniat̄ eternam. Distat tamen ab eternorum cōtemplatione actio qua bene vtimur temporalibus rebus. ⁊ illa sapientie: hec scientie deputat̄. Quis enim ⁊ illa que sapientia est: possit scientia nuncupari: sicut ⁊ aplus loquit̄. vbi dicit: Nūc scio ex parte: tūc autē cognoscam sicut ⁊ cognitus sum. quā sciētiam profecto cōtemplationis dei vult intelligi: qd̄ sanctorum erit premiū summuz: tamē vbi dicit: alij dat̄ per spiritū sermo sapientie: alij sermo scientie scd̄m eundē spiritum. hec vtiqz duo sine dubitatione distinguit: licet nō ibi explicet q̄d intersit vñ possit vtrūqz dinosci. Verū scripturarū sāctarum multiplicē copiam scrutatus: inueni scriptum esse in libro iob: eodem sancto viro loquente: Ecce pietas est sapiētia: abstinere autē a malis est scientia. In hac differentia intelligendū est ad cōtemplationē sapiētiā: ad actionē scientiā ꝑtinere. Pietatem quippe hoc loco posuit dei cultuz: q̄ grece dicit̄ theosebia. Nam hoc verbū habet istam sententiaz in codicib⁹ grecis. Et quid est in eternis excellenti⁹ q̄z deus: cui⁹ solius īmutabilis est natura? Et quis cult⁹ eius: nisi amor eius: quo nunc desideram⁹ eum videre: credimusqz ⁊ speram⁹ nos esse visuros: ⁊ q̄ztum proficimus videm⁹ nunc per speculū in enigmate: tunc aūt in manifestatiōe. Hoc ē eni qd̄ ait apostolus paulus: facie ad faciē. Hoc etiaz qd̄ ioannes: Dilectissimi nunc filij dei sum⁹: ⁊ nōdū apparuit q̄d erim⁹: scimus cū apparuerit: similes ei erimus: quoniā videbim⁹ eum sicuti ē. De his atqz hmōi: ꝑmo ipse mihi videtur esse sermo sapientie. Abstinere autē a malis quoniā iob scientiā dixit esse: reruz proculdubio temporaliū ē. Quoniā scd̄m tempus in malis sumus: a quibus abstinere debemus: vt ad illa bona eterna veniamus. Probrē quicquid prudenter: fortiter temperanter ⁊ iuste agimus: ad eam pertinet scientiam siue disciplinā qua in euitandis malis: bonisqz appetendis actio nostra versat̄. ⁊ quicquid propter exempla vel cauenda: vel imitanda: ⁊ propter quarumqz rerum q̄ nostris accōmodata sunt vsib⁹ necessaria documenta: historica cognitione colligimus. De his ergo sermo cū fit: eum scientie sermonē puto discernēdū a sermone sapientie: ad quā ꝑtinent ea que nec fuerunt: nec futura sunt: sed sunt: ⁊ ꝓpter eternitatem in qua sunt ⁊ fuisse ⁊ esse ⁊ futura esse dicunt̄: sine vlla mutabilitate tempoꝝ. Nō eni sic fuerunt vt esse desinerent: aut sic futura sunt quasi nunc nō sint: sed idipsum esse semper habuerūt: semꝑ habitura sunt. Manent autē nō tanq̄z in spacijs locoruz fixa veluti corpora: sed in natura incorpali. sic intelligibilia presto sunt mentis aspectibus: sicut ista in locis visibilia vel cōtrectabilia corpis sensib⁹. Non aūt solum reꝝ sensibilium in locis positaꝝ sine spacijs localibus manent intelligibiles incorpalesqz rōnes: verū etiam motionū in temporibus transeūtiū: sine temporali transitu stant etiam ipse vtiqz intelligibiles insensibiles: ad quas mentis acie peruenire paucoruz est. Et cuz peruenit̄: q̄ztum fieri potest: non in eis manet ipse peruentor: sed veluti acie ipsa reuerberata repellit̄: ⁊ fit rei non transitorie transitoria cogitatio. Que tamē cogitatio transiens per disciplinas quibus eruditur animus: memorie cōmendatur: vt sit q̄ redire possit: que cogitatur inde trāsire: q̄zuis si ad memoriā cogitatio non rediret: atqz qd̄ cōmēdauerat ibi inueniret: velut rudis ad hoc sicut ducta fuerat duceret̄: idqz inueniret ⁊ vbi primū inuenerat: ī illa scilicet incorporea veritate: vnde rursus quasi descriptuz in memoria figeretur. Neqz eni sicut manet: verbi gratia: quadrati corporis incorporalis ⁊ incōmutabilis ratio: sic in ea manet hominis cogitatio: si tamē ad eā sine phantasia spatij localis potuit peruenire. Aut si alicui⁹ artificiosi ⁊ musici soni per moras temporis transeūtis numerositas comprehēdat̄: sine tempore stans in q̄dā secreto altoqz silētio: tādiu saltem cogitari pōt quādiu pōt ille cantus audiri: tñ qd̄ inde rapuerit ⁊ si transiēs mentis aspectus ⁊ quasi glutiens in ventrem: ita in memoria reposuerit: poterit recordando quodāmodo ruminare: ⁊ in disciplinam qd̄ sic didicerit traijcere. Quod si fuerit om̄imoda obliuione deletum: rursus doctrina duce ad id venietur qd̄ penitus exciderat: et sic inuenietur vt erat.

De opinione platonis qua credidit animas aliam vitam priusq̄z corporib⁹ induerent̄ habuisse.

Capitulum. xv.

Vnde plato ille ph̄us nobilis: ꝑsuadere conat⁹ ē vixisse h̄ aīas hominū: ⁊ anteq̄z ista corpora gererent.

et hinc esse q̄ ea que discunt: reminiscuntur potius cognita q̄ cognoscuntur noua. Retulit enī puerum quendaz nescio quid de geometria interrogatum sic respondisse: tanq̄ esset illius peritissimus discipline. Gradatim quippe atq̄ artificiose interrogatus: videbat qd̄ videndū erat: dicebatq̄ qd̄ viderat. Sz si recordatio hec esset reruz antea cognitarū: nō vtiq̄ omnes vel pene om̄es cū illo modo interrogar ēt: h̄ possēt. Nō enī omnes in priore vita geometre fuerunt: cū tā rari sint in genere hūano: vt vix possit aliq̄s inueniri. Sed poti⁹ credēdum est mentis intellectualis ita cōditā esse naturā: vt reb⁹ intelligibilib⁹ naturali ordine disponente cōditore subiūcta: sic ista videat in q̄dā luce sui generis incorporea: quē admodū oculus carnis videt q̄ in hac corporea luce circūadiacent: cui⁹ lucis capax eiq̄ cōgruens est creat⁹. Nō enī ⁊ ipe ideo sine magistro alba ⁊ nigra discernit: qr ista iā nouerat añq̄ in hac carne crearet. Beniq̄ cur de solis reb⁹ intelligibilib⁹ id fieri pōt: vt bene interrogat⁹ quisq̄ respondeat qd̄ ad quāq̄ ptinet disciplinā: etiā si ei⁹ ignarus est. Cur hoc facere de rebus sensibilib⁹ nullus pōt: nisi quas isto vidit in corpore cōstitutus: aut eis q̄ nouerāt indicātib⁹ credidit: seu lr̄is cuiusq̄ seu verbis. Nō enī acq̄escenduz ē eis q̄ samiū pythagorā ferūt recordatū fuisse talia nōnll̄a q̄ ñ fuerat expert⁹: cū hic alio iā fuisset in corpe: ⁊ alios nōnullos narrāt alij: eiusmodi aliq̄d in suis mentib⁹ passos: q̄s falsas fuisse memorias: q̄les plerūq̄ experimur in sōnis: qñ nobis videmur reminisci q̄si egerimus aut viderim⁹ qd̄ nec egim⁹ omnino nec vidimus: ⁊ eo modo affectas esse illorū mentes etiā vigilātiū instinctu spirituū malignorū: atq̄ fallaciū: quib⁹ cure ē de reuolutiōib⁹ animarū falsaz opinionē: ad decipiēdos hoīes firmare vel serere. Et h̄ conijci pōt: qr si vere illa recordarēt q̄ hic in alijs antea positi corpib⁹ viderāt: multis ac pene omnib⁹ id cōtingeret: qñ quidē vt de viuis mortuos: ita de mortuis viuos: tāq̄ de vigilātib⁹ dormientes: ⁊ de dormientib⁹ vigilantes sine cessatione fieri suspicant. Si ergo h̄ est sapiētie ⁊ sciētie recta distinctio: vt ad sapientiā ptineat eternarū rerū cognitio itellectualis. ad sciētiā v̄o tpaliū rer̄ cognitio rōnalis: q̄d cui p̄ponēdū siue postponēdū sit: nō est difficile iudicare. Si aūt alia est adhibēda discretio qua dinoscant hec duo: que proculdubio distare apl̄s docet dicens: Alij dat q̄dē per spiritū sermo sapientie: alij sermo scientie scd̄m eundem spiritū: Tamē etiā istorū duorū q̄ nos posuimus euidentissima differētia ē: q̄ alia sit intellectualis cognitio eternaruz rerū: alia rationalis temporaliū: ⁊ huic illā preponēdam esse ambigit nemo. Relinquētib⁹ itaq̄ nobis ea q̄ exterioris sunt hoīs: ⁊ ab eis q̄ cōmunia cum pecorib⁹ habemus introrsum ascendere cupiētib⁹: anteq̄ ad cognitionem rerum intelligibiliū atq̄ sūmarum que sempiterne sunt veniremus: temporaliū rerum cognitio rationalis occurrit. Etiam in hac igitur inueniamus si possum⁹ aliquā trinitatē: sicut inueniebamus in sensibus corporis: ⁊ in his que per eos in aīam vel spiritū nostr̄ imaginabiliter intrauerūt: vt pro corporalib⁹ reb⁹ quas corporeo foris positas attingimus sensu: intus corporum similitudines haberem⁹ impressas memorie: ex quibus cogitatio formaret tertia voluntate vtrūq̄ iungente: sicut formabat foris acies oculorū quā voluntas vt visio fieret adhibebat rei visibili: ⁊ vtrūq̄ iungebat etiā illic ipsa se admouens tertiā. Sed nō est hoc coartandū in hūc librū: vt in eo qui sequit si deus adiuuerit cōuenient possit inquiri: ⁊ qd̄ inuētū fuerit explicari.

j. Cor. j2

Explicit liber duodecimus.

Incipiunt capitula. xiij. libri.

j De gemino rationalis mētis officio quorū vnuz ad temporalia: aliud pertinet ad eterna.

ij De fide que licet per corporis sensū mente concepta sit: nihil tamē inuenitur habere corporeū.

iij De voluntate quā ⁊ singuli propriā ⁊ omnes etiā nō indicatā possunt habere cōmunem.

iiij De beatitudine quā omnes vna voluntate expetunt: sed nō eadē omnes diffinitione nouerūt.

v An omnes beati sint qui viuunt vt volunt.

vj Propiorem esse beatitudini voluntatem rectam etiam nō adeptā qd̄ cupit: q̄ prauam etiam si quod cōcupiuit obtinuit.

vij Ad verā beatitudinē viā esse p fidē rectam: sine q̄ nulla cuiq̄ possit fortitudo prodesse.

viij Perfectā beatitudinē nisi in eterna vita esse nō posse

ix An eternitatis capax sit humana natura.

x An alio modo omnipotēs de⁹ hoiem eternitati debuerit reformare: q̄ vt si bi de⁹ fil⁹ naturā vniret humanā.

xj Qua rōne in sanguine christi iustificē tur credentes: t quō in hoc sacramento tot⁹ sit trinitatis operatio.

xij Quo merito homo diabolice sit traditus potestati.

xiij De cōsilio dei q̄ ei placuit vt potestas diaboli nō potentia: sed iusticia vinceretur.

xiiij De omniū debito p nihil debētē christum soluto.

xv In q̄ sit diabolus vict⁹ a christo.

xvi Ad quā vtilitatē fideliū renatorū mala que p originale peccatū sūt cōtracta conuersa sint.

xvij De his que p incarnationē christi sūt collata credentibus.

xviij De natiuitate domini ex maria virgine t spiritusancto.

xix Oz verbū caro factū qō est christ⁹ iesus: t sapientie thesauros in se habeat t scientie.

xx Neminē posse sine fide ad verā beatitudinem peruenire.

Aurelij augustini episcopi de trinitate liber tredecimus incipit.

De gemino rationalis mentis officio: quorū vnū ad tpalia: aliō pertinet ad eterna. Ca.j.

In libro superiore hui⁹ opis duodecimo satis egim⁹ discernere rationalis mētis officiū in tpalib⁹ reb⁹: vbi nō sola cognitio: verū t actio nra versat: ab excellētiore eiusdē mētis officio: qō cōtemplandis eternis rebus impendit: ac sola cognitione fruit. Cōmodius aūt fieri puto: vt de scripturis sanctis aliq̄d interserā: quo facilius possit vtrūq̄ dinosci. Euāgeliū suum Joh.j ioannes euāgelista sic exorsus est. In principio erat verbū: t verbū erat apud deū: t de⁹ erat verbū: hoc erat in principio apud deū: oia p ipsum facta sūt: t sine ipso factū est nihil. Qō factū est in ipso vita erat: t vita erat lux hominū: t lux in tenebris lucet: t tenebre eā nō cōprehēderūt. Fuit hō miss⁹ a deo: cui nomē erat ioānes: hic venit in testimoniū: vt testimoniū phiberet de lumie: vt oēs crederēt p illū. Nō erat ille lux: s vt testimoniuz phiberet de lumine. Erat lux vera: q̄ illuminat oēm hoiez veniētē in hūc mundū. In mundo erat: t mundus p ipsū factus ē: t mundus eū non cognouit. In ppria venit t sui eū nō receperūt. Quotq̄t aūt receperūt eū: dedit eis potestatē filios dei fieri: his qui credūt in nomine eius. Qui non ex sanguinib⁹ neq̄ ex voluntate carnis: neq̄ ex volūtate viri: s ex deo nati sūt. Et vbū caro factū ē t habitauit i nob. Et vidim⁹ gloriam eius. gloriā q̄si vnigeniti a patre: plenū gratie t veritatis. Hoc totū qō ex euāgelio posui: in p̄cedentib⁹ suis ptib⁹ habet qō imutabile ac sempiternū ē: cuius contemplatio nos beatos facit. In cōsequntib⁹ vo: pmixta cū tpalib⁹ cōmemorant eterna. Ac p s aliqua ibi ad scientiaz ptinēt: aliq̄ ad sapientiā: sicut in libro duodecimo p̄cessit nra distinctio. Nā in pncipio erat verbū: t verbū erat apō deū: t deus erat verbū: s erat in pncipio apud deū. oia p ipsū facta sūt: t sine ipo factū ē nihil: qō factum ē in ipo vita erat: t vita erat lux hoim: t lux in tenebris lucet: t tenebre eaz nō cōprehēderūt. Cōtēplatiuā vitā reqrit: t intellectuali mēte cernēdū est. Qua in re q̄stomagis q̄sq̄ pfecerit: tāto fiet sine dubitatiōe sapiētioz. Gz ppter id qō ait: Lux lucet in tenebris: t tenebre eā nō cōprehēderūt: fide vtiq̄ opus erat q̄ crederet qō nō videt. Tenebras q̄ppe intelligi voluit auersa ab hui⁹ luce eāq̄ min⁹ idonea ptueri coz da mortaliū. ppter qō adiūgit t dicit: Fuit hō miss⁹ a deo: cui nomē erat ioānes: s venit i testimoniū vt testimoniū phiberet de lumie: vt oēs crederēt p illū. Hoc iā tpaliter gestū ē: t ad sciētiā ptinet q̄ cognitione historica ptinet. Hoiez aūt ioānē i phātasia cogitam⁹: q̄ de hūane nature noticia impssa ē nostre memorie. Et s eodē modo cogitāt: siue q̄ ista nō credūt: siue q̄ credūt. Utriq̄ enī notū est q̄d sit hō. cui⁹ exteriorē ptē. id ē corp⁹ p corpis lumina didicerit. Interiorē vo. id ē aiaz in seipis: quia t ipsi hoies

Ubi.3

Ub.3

sunt: & p humanã cõuersationẽ cognitã tenent: vt possint cogitare qõ dicit: Fuit hõ cui nomẽ erat ioannes: qz & noia sciunt loquẽdo & audiendo. Qõ aũt ibi est: missus a deo: fide tenẽt q̃ tenẽt. Et q̃ fide nõ tenẽt: aut dubitatione ambigũt: aut infidelitate derident. Utriqz tamen si non sunt ex numero nimis insipiẽtiũ: q̃ dicũt in corde suo: nõ ẽ de⁹: hec audiẽtes verba vtqz cogitãt: et q̃d sit de⁹: & q̃d sit mitti a deo. & si nõ sicut res se habẽt certe sicut valẽt. Fidẽ porro ipsam quam videt quisqz in corde suo si credit. vel nõ esse: si nõ credit. aliq̃ nouim⁹: nõ sic corpa q̃ videm⁹ oculis corpis: & p ipoz imagines q̃s memoria tenem⁹: etiã absentia cogitamus. nec sicut ea que nõ vidim⁹ et ex his que vidimus cogitatione vtcũqz formamus: & memorie cõmendamus: quo recurramus cum voluerimus: vt illic ea vel poti⁹ q̃lescũqz imagines eoz q̃s ibi fixi mus similiter recordatione cernam⁹. Nec sic hoiez viuũ cui⁹ aiaz etiaz si ñ videm⁹ ex nostra conjcim⁹: & ex motib⁹ corpalib⁹ hominẽ viuũ. sic videdo didicim⁹ intuemur etiã cogitãdo. Nõ sic videtur fides in corde in q̃ ẽ ab eo cui⁹ est: ꝑ eã tenet certissima scientia: clamatqz cõsciẽtia. Cũ itaqz ppter ea credere iubeamur: qz id qõ credere iubemur videre nõ possum⁹. ipsaz tñ fidẽ qñ ineſt in nobis videm⁹ in nobis: qz & rez absentiũ pſens ẽ fides: & rez q̃ foris sũt intus ẽ fides. & rerũ q̃ nõ vident videt fides: & ipsa tñ tpaliter fit in cordib⁹ hoim. Et si ex infidelib⁹ fideles fiũt: perit ab eis. Aliqñ aũt & reb⁹ falsis accõmodat fides. loqmur enim sic vt dicamus habita ẽ ei fides & decepit. Qualis fides: si tñ & ipsa dicẽda ẽ fides: ñ culpabiliter de cordib⁹ perit: qñ eã inuẽta veritas pellit. optabilit aũt rerũ verarũ in easdẽ res fides trãsit. Nõ enim dicẽdũ ẽ perit: qñ ea q̃ credebant vident. Nunqd enim adhuc fides dicenda ẽ cũ diffinita sit i epistola ad hebreos fides: dictũqz sit eã eẽ cõiũctionẽ rerũ q̃ nõ videt: Deinde qõ seqt:
Iob.i Hic venit in testimoniũ: vt testimoniũ phiberet de lumie: vt oẽs crederẽt ꝑ illũ. actio vt dixi tpalis ẽ. Tpalit enim testimoniũ pphibet etiã ꝺ re sempiterna: qõ ẽ itelligibile lumẽ. De q̃ vt testimoniũ phiberet venit ioãnes: q̃ nõ erat lux: ꝑ vt testimoniũ phiberet
Ubi.s de lumine. Adiũgit enim. Erat lux vera: q̃ illuminat oẽm hoiem veniẽtẽ in hũc mũdũ. In mũdo erat: & mũd⁹ p ipm fact⁹ ẽ: & mũdus eũ nõ cognouit. In ꝓpria venit & sui eũ nõ receperũt. Hec vba oia q̃ latinã linguã sciũt: ex reb⁹ intelligũt q̃s nouerũt: Quaz aliq̃ nob innotuerũt p corpis sens⁹: sic hõ: sic ipse mundus: cui⁹ tã euidentẽ magnitudinẽ cernim⁹: sicut eozũdẽ verboz soni. Nã & audit⁹ sensus ẽ corpis. Aliq̃ aũt p animi rõnẽ: sic id qõ dictũ ẽ. & sui eũ nõ receperũt. Ubi.s
Intelligit enim: nõ in eũ crediderũt. Qõ q̃d sit: nullo corpis sensu: ꝑ animi rõne cognouimus. Ipsoz etiã verboz nõ solũ sonos ꝑ significatiões: ptim p corpis sensũ: ptim p animi rationẽ didicim⁹. Nec ea vba nũc pmũ audiuim⁹ ꝑ q̃ iã audieram⁹. Et nõ solũ ipa: verũ etiã q̃ significarẽt cognita: memoria tenebam⁹: & ꝺ agnouim⁹. Hoc enim nomẽ dissyllabũ cũ dicit mundus: qñ son⁹ ẽ: res vtiqz corpalis p corpus innotuit. id est p aurẽ. sed etiã qõ significat p corp⁹ innotuit. id ẽ p oculos carnis. Mundus q̃ppe inq̃tũ not⁹ est: videtib⁹ notus ẽ. Ad ꝺ verbũ q̃ttuoz syllabarũ qõ ẽ crediderũt: sono suo qñ corp⁹ est p aurẽ carnis illabit. Qõ aũt significat: nllo corpis sensu: ꝑ animi rõne cognoscit. Nisi enim q̃d sit crediderunt p animũ nossem⁹: nõ intelligerem⁹ q̃d nõ fecerint illi de q̃b⁹ dictũ ẽ: & sui eũ nõ receperũt. Ubi.s
Sonus ergo verbi forinsecus instrepit aurib⁹ corpis: & attingit sensũ q̃ vocat auditus. Species quoqz hominis & in nobis ipsis nota ẽ: & forinsecus in alijs. adest corporis sensib⁹ oculis cũ videt: aurib⁹ cũ audit: tactui cũ tenet & tãgit. Habet etiã i memoria nostra imaginẽ suã: incorpalẽ q̃dẽ: ꝑ corpi similẽ. Mundi deniqz ipsi⁹ mirabilis pulchritudo forinsec⁹ presto ẽ: & aspectib⁹ nostris: & ei sensui q̃ dicit tact⁹ si q̃d ei⁹ attingim⁹. Habz etiã ipe int⁹ in memoria nra imaginẽ suã: ad quã recurrim⁹: cũ eũ vel septi parietib⁹ vel etiã in tenebris cogitam⁹. Ex de his imaginib⁹ rerũ corpaliũ in corpalibus q̃dẽ habentib⁹ tñ silitudines corpoz: & ad vitam exterioris hominis pertinentib⁹: iam satis in vndecimo libro locuti sumus. Nũc autẽ agimus de homine interioze & eius scientia: ea q̃ rerũ est temporaliũ & mutabiliuz. in cui⁹ intentionẽ cum assumitur aliquid: etiã de rebus ad exteriorem hominẽ ptinentib⁹: ad hoc assumẽdũ ẽ vt aliquid inde doceat qõ rationalẽ adiuuet scientiã. Ac ꝑ ꝺ rerũ q̃s cõmunes cũ animantib⁹ irrationalib⁹ habem⁹: rõnalis vsus ad interiorẽ hominẽ ptinet. nec recte dici põt

cum irrationalibus animantib⁹ euz nobis esse cōmunem.

De fide q̄ licet p corpis sensum mēte cōcepta sit: nihil tñ inuenit habere corporeū. Ca. ij.

Fides vero de q̄ in ꝫ libro aliq̄n dixi utius disputare certa dispositiōis nostre rō ne cōpellimur: quā q̄ habent fideles vocant: ⁊ q̄ nō habent infideles. sicut hi q̄ venientē in ꝓpria dei filiū nō receperūt: q̄uis ex auditu in nobis facta sit. Nō tñ ad eū sensū corpis ꝑtinet q̄ appellat auditus: qm̄ nō ē son⁹. nec ad oculos hui⁹ carnis: qm̄ nō est color aut corpis forma. nec ad eū q̄ dicit tact⁹: qm̄ corpulētie nihil habet. nec ad vllū sensū corpis: qm̄ cordis res ista non corpis: nec foris est a nobis. sz in intimis nostris. nec eā q̄sq̄z hoim videt i alio: ꝫ vnusq̄sq̄z in semetipo. Veniq̄z pōt ⁊ simulatione cōfingi: ⁊ putari esse in q̄ nō ē. Fi iā igit quisq̄z fidē apud seipsū videt. in altero aūt credit esse eā nō videt: ⁊ tāto firmus credit: q̄nto fructus eius magis nouit quos operari solet fides per dilectionem. Job. j

Ibidem Cōbrē omnib⁹ de quib⁹ euāgelista subiūgit ⁊ dicit: Quotq̄t aūt receperūt eū: dedit eis ꝑtātem filios dei fieri: his q̄ credunt in noīe eius: q̄ nō ex sanguinib⁹: neq̄z ex volūtate carnis: neq̄z ex volūtate viri: ꝫ ex deo nati sūt. Fides ista cōmunis ē: non sicut aliqua corpis forma cōmunis ē ad videndū omniū oculis quib⁹ ꝓsto est (ex ipsa q̄ppe vna omniū cernētiū quodāmodo informat aspect⁹) ꝫ sicut dici pōt oīnib⁹ hoibus esse facies hūana cōmunis. Nā hoc ita dicit: vt tñ singuli suas habeant. Ex vna sane doctrina impressā fidē credentiū cordibus singulorū q̄ ꝫ idē credūt verissime dicimus. Sz aliud sunt ea que credunt: aliud fides qua credunt. Illa q̄ppe in rebus sunt que vel esse vel fuisse vel futura esse dicūt. hec autem in animo credētis est: ei tñ conspicua cuius ē: quāuis sit ⁊ in alijs nō ipsa ꝫ similis. Non eni numero ē vna: ꝫ genere. ꝓpter similtudinem tñ et nullaz diuersitatē magis vnā dicimus esse q̄ multas. Nam ⁊ duos homines simillimos cuz videmus: vnam faciē dicimus: et miramur amborū. Facilius itaq̄z dicitur mltas animas fuisse Act. 4 singulas vtiq̄z singulorum. de quibus legimus in actibus apostolorum: q̄ eis fuerit Ephe. 4 anima vna. q̄ vbi dixit apostolus: Una fides: tot eas audet quisquam dicere quot fideles: Et tamē q̄ dicit: O mulier magna ē fides tua. et alteri: O modice fidei quare dubitasti: suā cuiq̄z esse significat. Sz ita dicitur eadez credētiū fides vna: quēadmodū eadez volētiū volūtas vna: cuz et in ipis q̄ hoc idez volūt sua volūtas sic cuiq̄z cōspicua. alteri⁹ aūt lateat: q̄uis idē velit. Et si aliq̄b⁹ signis sese idicet: credit pot⁹ q̄z videtur. Vnusq̄sq̄z aūt sui animi cōsci⁹: nō credit vtiq̄z hāc esse suā: sed plane quidet voluntatem. Matth. 15 Ibidem. 14

De volūtate quā ⁊ singuli ꝓpriā ⁊ oēs etiā nō indicatā pñt habere cōmunē. Capi. iij.

Est quedā sane eiusdē nature viuētis ⁊ rōne vtētis tāta cōspiratio: vt cū lateat alterū q̄d alt velit: nōnulle tñ sint volūtates oim etiā singulis note. Et cū q̄sq̄z homo nesciat quid homo alius vnus velit: in quibusdā reb⁹ possit scire q̄d oēs velint. Vel illa cuiusdā mimi facetissima ꝑdicat vrbanitas. Qui cū se ꝓmisisset in theatro quid in aio haberēt: ⁊ q̄d vellēt oēs: alijs ludis esse dicturū. atq̄z ad diē cōstitutū ingēti expectatione maioz multitudo cōflueret: suspēsis ⁊ silētib⁹ oibus dixisse phibet. Chile vultis emere: ⁊ care vendere. In q̄ dicto leuissimi scenici oēs tñ cōscientias inuenerūt suas: eiq̄z vera añ oculos oim ꝓstituta: ⁊ tñ improuisa dicēti admirabili fauore plauserūt. Cur autem tā magna expectatio facta ē illo ꝓmittēte oim volūtatem se esse dicturū: nisi quia latent hominē aliozuz hominū voluntates: Sz nunquid ista latuit istum: nunq̄d quēq̄z latet: Qua tandē causa: nisi quia sunt quedaz q̄ nō incōuenienter in alijs de se quisq̄z conjiciat: cōpatiente vel cōspirante vitio seu natura: Sed aliud est videre voluntatē suā: aliud (q̄uis certissima cōiectura) conjicere alienā. Nā cōdītā romam tā certū habeo in rebus hūanis: q̄z cōstantinopolim: cū romam viderim oculis meis: de illa vero nihil nouerim: nisi q̄ alijs testibus credidi. Et minus q̄dem ille vī seipsū intuēdo: vel alios quoq̄z experiendo: vili velle emere: ⁊ care vēdere: omnibus id credidit esse cōmune. Sed quoniā reuera vitium ē: potest quisq̄z adipisci eiusmodi: vel alicui⁹ alterius vitī q̄ huic cōtrarium est incurrere pestilentiā qua huic resistat ⁊ vincat. Naz scio ipe hominē cū venalis codex ei fuisset oblatus: precijq̄z ei⁹ ignarū: ⁊ ideo quidā

erigũ poscentẽ cerneret venditorẽ: iustuz ꝓciũ qđ multo amplius erat: nec opinanti dedisse. Quid si etiaz sit ꝗscꝫ nequicia tãta possessus: vt vili vendat q̃ dimiserũt parẽtes: ꝛ caro emat q̃ cõsumãt lubidines? Nõ ẽ vt opinor incredibilis ista luxuries. Etsi queranꝫ tales reperianꝫ. aut etiã nõ quesiti fortassis occurrãt: q̃ nequicia maiore ꝗꝫ theatrica ꝓpositioni vel ꝓnunciationi theatrice insultẽt: magno ꝓcio stupra emẽdo. paruo aũt rura vendẽdo. Largitionis etiã gratia nouim⁹ ꝗsdã emisse frumẽta carius: ꝛ vilius vẽdidisse suis ciuib⁹. Illud etiam qđ vet⁹ poeta dixit Ennius: oẽs mortales sese laudari exoptant: ꝓfecto ꝛ de seipso ꝛ de his ꝙs expertus fuerat cõiecit in alijs. ꝛ videt ꝓnunciasse hominũ omniũ volũtates. Beniꝫ si ꝛ minus ille dixisset: laudari oẽs vultis: nemo vestrũ vult vituperari. similiter qđ esset oĩm voluntatis dixisse videret. Sunt tamẽ qui vitia sua oderint. ꝛ in q̃ bus sibi displicẽt ipsi. nec ab alijs se laudari velint: gratiasꝫ agant obiurgantiũ beniuolẽtie: cũ ideo vituperanꝫ vt corrigant. At si dixisset: oẽs beati esse vultis: miseri eẽ nõ vultis: dixisset aliq̃d qđ nullus in sua ñ agnosceret voluntate. Quicquid enĩ aliõ quiscꝫ latenter velit: ab hac volũtate q̃ omnib⁹ hominib⁹ satis nota est: nõ recedit.

De beatitudine quã omẽs vna volũtate expetũt: sed nõ eadẽ omnes diffinitiõe nouerũt. Ca. iiij.

Verũ est aũt cũ capescende atꝫ retinende beatitudinis volũtas vna sit omniũ: vnde tanta exꝛstat de ipsa beatitudine rursus varietas atꝫ diuersitas voluntatũ. Non ꝙ aliꝙs eã nolit: sed ꝙ nõ oẽs eã norunt. Si enĩ oẽs eã nossent: nõ ab alijs putaret esse in ṽtute animi: alijs ĩ corꝛis voluptate: alijs in vtraꝫ: ꝛ alijs atꝫ alijs: alibi atꝫ alibi. Ut enĩ eos queꝫ res maxime delectauit: ita in ea cõstituerũt vitã beatã. Quõ igit feruẽtissime amãt oẽs: qđ nõ omnes sciũt? Quis põt amare qđ nescit? Sicut iã de hac re ĩ libris supioribus disputaui. Cur ergo beatitudo amat ab oib⁹: nec tñ scit ab oib⁹? An forte sciũt oẽs ipsa que sit: ꝫ nõ oẽs sciũt vbi sit: ꝛ inde cõtentio ẽ? Quasi vero de aliquo mũdi hui⁹ agat loco: vbi debeat ꝗscꝫ velle viuere: qui vult beate viuere. ac non ita querat vbi sit beatitudo: sicut q̃rit que sit. Nã vtiꝫ si in corꝛis voluptate est: ille beat⁹ est q̃ fruit corꝛis voluptate. Si in virtute animi: ille qui hac fruit. Si in vtraꝫ: ille q̃ fruitur vtraꝫ. Cũ itaꝫ ali⁹ dicit: beate viuere ẽ voluptate corꝛis frui. Alius aũt beate viuere est virtute animi frui: nõne aut ambo nesciũt que sit beata vita: aut nõ ambo sciunt? Quõ ergo ambo amãt eã si nemo potest amare qđ nescit? An forte falsũ ẽ qđ ꝓ verissimo certissimoꝫ posuim⁹: beate viuere omnes homines velle? Si enĩ beate viuere est: verbi gratia: scđm animi virtutez: quõ beate viuere vult: q̃ ꝟ nõ vult: Nõne verius dixerimus: homo iste nõ vult beate viuere: qz nõ vult scđm virtutẽ viuere: qđ solũ ẽ beate viuere? Nõ igit oẽs beate viuere volũt: imo pauci hoc volũt: si nõ ẽ beate viuere nisi scđm ṽtutẽ animi viuere: qđ multi nolũt. Ita ne falsũ erit. Ut ñ nec ipsis academicis cũ oia dubia sint: academic⁹ ille cicero dubitauit: q̃ cũ vellet in hortẽsio dialogo ab aliq̃ re certa de q̃ nullus ambigeret sumere sue disputatiõis exordiũ: Beati certe inqt oẽs esse volum⁹: absit vt ꝟ falsum esse dicam⁹. Quid igit: an dicenduz ẽ etiam si nihil sit aliud beate viuere: ꝗscꝫ secundũ virtutẽ animi viuere: tñ ꝛ qui hoc ñ vult: beate vult viuere? Nimis q̃dẽ ꝟ videtur absurdum. Tale est enĩ ac si dicamus. Et qui nõ vult beate viuere: beate vult viuere. Istam repugnantiam ꝙs audiat: ꝙs ferat: et tñ ad hãc contrudit necessitas. Si ꝛ oẽs beate velle viuere verũ ẽ: ꝛ ñ oẽs sic volũt viuere quõ solũ viuit beate: verũ ẽ.

An omnes beati sint qui viuũt vt volunt. Capi. v.

An forte illud est qđ nos ab his angustijs possit eruere: vt quoniam dixim⁹ ibi quoꝫ posuisse beatam vitã: qđ eos maxime delectauit. vt voluptas epicurũ: virtus zenonẽ: sic aliũ aliquid aliud: nihil dicam⁹ esse beate viuere: nisi viuere scđz delectationẽ suã: ꝛ ideo falsũ ñ esse: ꝙ omnes beate viuere velint: quia oẽs ita volũt: vt quẽqz delectat. Nã ꝛ hoc populo si ꝓnunciatũ esset in theatro: omnes id in suis voluntatibus inuenirẽt. Ꝛz hoc quoꝫ cicero cum sibi ex aduerso proposuisset: ita redarguit: vt qui hoc sentiant: erubescãt. Ait enĩz. Ecce aũt nõ philosophi q̃dem: sed prompti tamen ad disputanduz: omnes aiunt esse beatos: qui viuant vt ipsi velint: hoc ẽ qđ nos diximus: vt quoꝫ delectat. Sed mox ille subiecit: falsum id

q̄dez. Uelle enī qō nō deceat: idipsū miserrimū est. Nec tā miserū est nō adipisci qō velis: q̄ adipisci velle qō nō oporteat: preclarissime omnino atq; verissime. Quis nā q̄ ita sit mente cecus: ⁊ ab oīi luce decor alienꝰ: ac tenebris dedecoris inuolutꝰ: vt eum qui nequiter viuit ac turpiter: ⁊ nullo ꝓhibente: nullo vlciscente: ⁊ nullo ſaltē reꝓhendere audente. insup ⁊ laudātibꝰ pluri mis (qñ sicut aut scriptura diuina: Lauda
Ps. 9 tur peccator in desideriis anime sue: ⁊ qui inqua gerit benedicit) implet omnes suas facinorosissimas: ⁊ flagitiosissimas voluntates: ideo beatū dicat: q; viuit vt vult: cū ꝓfecto q̄uis ⁊ sic miser ē: minus tñ esset si nihil eor q̄ pererā voluisset habere potuisset. mala enī volūtate vel sola quisq; miser efficit: ꝑ miseriorꝑ tāte: q̄ desiderū male volūtatis implet. Quapropt qñ verū ē q; oēs homines esse beati velint: idq; vnū ardentissimo amore appetāt: ⁊ ꝓpter h̄ cetera q̄cunq; appetūt: nec quisq; pōt amare qō oīno q̄d vel q̄le sit nescit: nec pōt nescire q̄d sit qō velle se scit: sequit. vt oēs beatā vitā sciant. Oēs aūt beati habēt qō volunt: q̄uis nō omnes qui habēt qō volunt cōtinuo sint beati. Cōtinuo aūt miseri q; vt nō habent qō volūt: vel id habent qō non recte volunt. Beatꝰ igit nō ē nisi q; ⁊ habz oia que vult: ⁊ nihil vult male.

Propiorē esse beatitudini volūtatem rectā etiam nō adeptam qō cupit q̄ prauā etiam si quod cōcupiuit obtinuit. Ca. vj

Cum ergo ex his duob⁹ beata vita cōstet: atq; omnibꝰ nota: omnibus cara sit: q̄d putemꝰ esse cause: cur horū duorū qñ vtrūq; non pfit magis eligant homines: vt oia que volūt habeāt: q̄ vt oia bene velint etiā si ñ habeāt: An ipsa ē prauitas generis hūani: cū eos nō lateat: nec illū beatū eē qui qō vult nō habet: nec illū qui qō male vult habet: ꝑ illū q; ⁊ habz quecunq; vult bona: ⁊ nulla vult mala: ex his duobꝰ quibꝰ beata vita pficit qñ vtrūq; nō dat: id eligat potiꝰ: vnde magis a beata vita recedit. Longiꝰ quippe ab illa ē q̄cunq; adipiscit male cōcupita: q̄ qui non adipiscit cōcupita: cū potiꝰ eligi debuerit voluntas bona atq; preponi: etiā nō adepta q̄ appetit. Propinquat enī beato: q; bñ vult quecūq; vult: ⁊ que adeptꝰ cuz fuerit beatꝰ erit. Et vtiq; nō mala ꝑ bona beatū faciunt: qñ faciūt: quorū bonor habēt aliquid iā: idq; nō parui estimādū: eamq; ipsam scz voluntatē bonā: q̄ de bonis quorū capax est hūana natura: nō de vllius mali ꝓpetratione vel adeptione gaudere deside rat: ⁊ bona qualia ⁊ in hac misera vita esse possūt: prudēti: tempanti: forti. ⁊ iusta mē te sectāt: ⁊ q̄tū dat assequit: vt etiā i malis sit bonꝰ: ⁊ finitis malis omnibꝰ atq; impletis bonis omnibus sit beatus.

Ad verā beatitudinē viā esse ꝑ fidē rectā sine qua nulla possit cui q̄ fortitudo prodesse. Ca. vij.

Ex hoc in ista mortali vita erroribus erūniscq; plenissima: ꝓcipue fides est necessaria: qua in deū creditur. Nō enī quecūq; bona: maximeq; illa quibꝰ quisq; fit bonꝰ: ⁊ illa quibꝰ fiet beatus. Q̄ñ nisi a deo in hominē veniāt. ⁊ homini accedāt: inueniri pōt. Cū aūt ex hac vita ab eo qui in his miserijs fidelis ⁊ bonꝰ est ventū fuerit ad beatā: tunc erit vere qō nunc esse nullo mō pōt: vt sic homo viuat: quō vult. Nō enī volet male viuere i illa felicitate: aut volet aliq̄d qō deerit: aut deerit qō voluerit. Quicq̄d amabit habebit: nec desiderabit qō nō aderit. oīe qō ibi erit: bonū erit. ⁊ sūmus deꝰ sūmum bonū erit: atq; fruendū amantibꝰ presto erit. ⁊ qō est oīno beatissimū ita semp fore certū erit. Hūc vero fecerūt quidā sibi philosophi sic eorū cuiq; placuit vitas beatas suas: vt q̄ si ꝓpria virtute possent: qō cōmuni mortaliū cōditione nō poterant: sic scz viuere vt vellent. Sentiebāt enī aliter beatū esse neminē posse nisi habendo qō vellet: et nihil patiendo qō nollet. Quis aūt nō q̄lemcūq; vitā qua delectat (⁊ ideo beatā vocat) vellet sic esse in sua potestate vt eam posset habere ꝑpetuā: ⁊ tamen quis ita ē: q̄s vult pati molestias q̄s fortiter toleret: q̄uis eas velit possitq; tolerare si patit: Quis velit i tormētis viuere: etiā qui pōt in eis ꝑ patiētiā tenēdo iusticiā laudabiliter viuere: Trā situra cogitauerūt hec mala q̄ ea ptulerunt vel cupiēdo habere: vel timendo amittere qō amabāt. siue nequiter siue laudabiliter. Hā multi ꝑ trāsitoria mala: ad māsura fortiter tetenderūt. Qui ꝓfecto spe beati sūt: etiā cū sunt in transitorijs malis: ꝑ que ad bona ñ trāsitoria ꝓueniūt. Sed qui sic spe

beatus est: nondū beat⁹ est. Expectat nāq; p patientiā beatitudinē quā nondū tenet. Qui vo sine vlla spe tali: sine vlla tali mercede cruciat: quātālibet adhibeat tolerantiā: nō est beatus veraciter: ꝫ miser fortiter. Neq; eñ ꝓpterea miser nō est: qz miserior esset: si t ipatienter miseriā sustineret. ¶ Porro si ista non patitur que nollet pati in suo corpore: nec tūc quidē beatus habendus est: qñ nō viuit vt vult. Ut eñ alia omittā q̄ corpore illeso ad animi ptinent offensiones: sine quib⁹ viuere velim⁹: t sunt inumerabilia. vellet vtiq; si posset ita saluum t incolume habere corpus: t nullas ex eo pati molestias: vt id haberet in ptāte: aut in ipsius incorruptiōe corporis. qđ qz non habet: ac pēdet in incerto: ꝓfecto nō viuit vt vult. ¶ Quis eñ per fortitudinē sit paratus excipere: t equo ferre animo quicq̄d aduersitatis acciderit: mauult tñ vt non accidat: t si possit facit. atq; ita paratus ē in vtrūq; vt quantū in ipo est alterum optet: alteruz vitet. t si qđ vitat incurrerit: ideo volēs ferat: quia fieri nō potuit qđ volebat. Ne op primatur ḡ: sustinet: sed ꝑmi nollet. Quō ergo viuit vt vult: an quia volēs fortis est ad ferēda que nollet illata: Ideo igitur id vult qđ potest: qñ qđ vult non pōt. ¶ Nec ē tota (vtrū ridenda: an potius miserāda) superborū beatitudo mortalium: gloriantiū se viuere vt volūt: quia volētes patienter ferūt que accidere sibi nolūt. ¶ Hoc eñ aiūt qđ sapienter dixit terentius. Qñ non pōt id fieri qđ vis: id velis qđ possis. Cōmode hoc dictū esse quis negat: Sed ꝯsilium est datū misero: ne esset miserior. Beato autē (quales se esse oēs volūt) nō recte nec vere dicit: non pōt fieri qđ vis. Si eñ beat⁹ est: quicq̄d vult fieri potest: qz non vult qđ fieri non pōt. Sed nō est mortalitatis huius hec vita. nec erit nisi quando t immortalitas erit. Que si nullo mō dari homini posset: frustra etiā beatitudo quereret. quia sine immortalitate nō potest esse.

Terentius in andria

¶ Perfectam beatitudinē nisi in eterna vita eē nō posse. ¶ Ca. viij

Cum ergo beati esse omnes hoies volunt: si verū volunt: ꝓfecto t esse immortales volunt. Aliter eñ beati esse nō possunt. Benicz t de immortalitate interrogati. sicut t de beatitudine: oīs eam se velle respondēt. Sed qualiscūq; beatitudo que pot⁹ vocet q̄ sit in hac vita q̄ritur: imo vero fingitur: duz immortalitas desperatur: sine qua vera beatitudo esse nō potest. Ille quippe beate viuit (qđ iam super⁹ diximus: t astruēdo satis fiximus) q̄ viuit vt vult: nec male aliquid vult. Nemo aūt male vult immortalitatē: si eius humana capax est deo donante natura. cuius si capax nō est: nec beatitudinis capax est. Ut enim homo beate viuat: oportet vt viuat. Quē porro morientē vita ipsa deserit: beata vita cū illo manere que pōt? Cū aūt deserit aut nolentē deserit ꝓculdubio: aut volentē: aut neutrum. Si nolentē: quomō beata vita est: que ita est in voluntate vt non sit in potestate? Cūq; beat⁹ nemo sit aliq̄d volendo nec habēdo: quāto minus est beatus qui nō bonore: nō possessiōe: nō qualibet alia re: sed ipsa beata vita nolēs deseritur. quādo ei nulla vita erit? Qñ t si nullus sensus relinquitur quo sit misera. ꝓptera eñ beata vita discedit: qñ tota vita discedit. Miser est tamen q̄ diu sentit: qz scit se nolentē ꝯsumi: ꝓpter qđ cetera t qđ pre ceteris diligit. Nō igitur pōt vita t beata esse: t nolentē deserere: quia beatus nolēs nemo fit: ac p hoc quantomagis nolentē deserendo miserū facit. Si aūt volentē deserit: etiā sic quomō beata erat: quā perire voluit qui habebat? Restat vt dicant neutrū esse in animo beati. id est eū deseri a beata vita: cuz per mortem deserit tota vita: nec nolle: nec velle. ad vtrūq; enim parato t equo animo cōsistere. Sed nec ista beata est vita. que talis est: vt quē beatū facit: amore eius indigna sit. Quomō enim est beata vita quā non amat beat⁹? Aut quomō amatur: qđ vtiq; vigeat: an pereat indifferēter accipit? Nisi forte virtutes quas ꝓpter solam beatitudinē sic amamus ꝓsuadere nobis audent: vt ipam beatitudinem nō amemus? Qđ si faciunt: etiā ipas vtiq; amare desistimus: quādo illā ꝓpter quā solā istas amauimus: nō amam⁹. Deinde quomō erit: vera illa tam perfecta: tā examinata: tā eliquata: tam certa sentētia: beatos esse omnes homines velle si ipi qui iaz beati sunt: beati esse nec nolūt nec volunt? Aut si volūt vt veritas clamat: vt natura cōpellit: cui summe bonus t imutabiliter beat⁹ creator indidit hoc. Si volūt inquā beati esse qui beati sunt: beati vtiq; nō esse nolunt. Si aūt beati nō esse nolūt: ꝓculdubio nolunt ꝯsumi t perire qđ beati sūt. nec nisi viuentes beati esse possunt. Nolūt igit perire qđ viuūt. Immortales ergo esse vo

lunt: quicũq; vere beati vel sũt vel esse cupiunt. Non aũt viuit beate: cui non adest qđ vult. Nullo mõ igitur esse poterit vita veraciter beata: nisi fuerit sempiterna. Hãc vtrũ capiat humana natura: quã tñ desiderabilẽ ꝯfitetur: nõ parua questio est. Sed si fides assit que inest eis quib⁹ dedit potestatẽ iesus filios dei fieri: nulla q̃stio est.

Joh. j

An eternitatis capax sit humana natura. Ca. ix

Humanis quippe argumẽtationib⁹ hec inuenire conantes: vix pauci magno prediti ingenio: abundantes ocio: doctrinisq; subtilissimis eruditi: ad indagandã solius anime imortalitatez ꝑuenire potuerunt. Cui tamẽ anime beatã vitam nõ inuenerũt stabilẽ. id est verã. Ad miserias eã quippe vite hui⁹ etiã post beatitudine redire dixerunt. Et qui eoꝝ de hac erubuerũt sententia: ⁊ animã purgatam in sempiternã beatitudinẽ sine corpore collocandã putauerũt: talia de mundi retrorsus eternitate sentiũt: vt hanc de anima sententiã suam ipi redarguant. Quod hic longũ est demõstrare: sed in libro duodecimo de ciuitate dei: satis a nobis est quantũ arbitror explicatũ. Fides aũt ista totũ hominẽ immortalẽ futurũ: qui vtiq; constat ex anima ⁊ corpore: ⁊ ob hoc vere beatũ: non argumẽtatione humana: sed diuina auctoritate ꝓmittit. Et ideo cũ dictum esset in euãgelio: q̃ iesus dederit potestatẽ filios dei fieri his qui eũ receperunt. ⁊ quid sit recepisse eum: breuiter fuisset expositũ: dicẽdo credentib⁹ in noĩe ei⁹: quo q̃ modo filij fierent dei: essetq; adiunctũ. qui nõ ex sanguinib⁹ neq; ex volũtate carnis: neq; ex voluntate viri: sed ex deo nati sũt. ne ista hominũ quã videm⁹ ⁊ gestamus infirmitas tantã excellentiã desperaret: ilico annexũ est. ⁊ verbuz caro factũ est: ⁊ habitauit in nobis: vt a cõtrario suaderet qđ incredibile videbat. Si em̃ natura dei filius ꝓpter filios hominuz misericordia factus ẽ hominis filius. hoc ẽ em̃: verbũ caro factũ est ⁊ habitauit in nobis hoĩbus: quanto ẽ credibili⁹ natura filios hominis: gratia dei filios dei fieri: ⁊ habitate in deo: in q̃ solo: ⁊ de quo solo eẽ possunt beati participes imortalitatis ei⁹ effecti. propter quod ꝑsuadẽdum dei fili⁹ particeps nr̃e mortalitatis effect⁹ est.

Joh. j

Ibidem

Ibidẽ

Ubi. s.

An alio modo omnipotẽs de⁹ hoĩez eternitati debuerit reformare q̃ vt sibi deus fili⁹ naturã vniret humanam. Ca. x

Eos itaq; qui dicunt ita ne defuit deo modus alius quo liberaret homines a miseria mortalitatis hui⁹ vt vnigenitũ filiũ deũ sibi coeternũ hominẽ fieri vellet induẽdo humanã animam ⁊ carnẽ: mortalẽq; factum mortẽ ꝑpeti: parũ est sic refellere: vt istũ modũ quo nos ꝑ mediatorẽ dei ⁊ hominũ: hominẽ xp̃m iesũ deus liberare dignat: asseramus bonuz ⁊ diuine cõgruũ dignitati: verũ etiã vt ostendamus nõ aliũ modũ possibilẽ deo fuisse: cui⁹ ptãti cũcta eq̃liter sbiacẽt. Sz sanãde nr̃e miserie ꝯueniẽtiorẽ modũ aliũ ñ fuisse necesse oportuisse. Quid em̃ tã necessariũ fuit ad erigẽdaz spem nostrã mẽtesq; mortaliũ ꝯditiõe ipius mortalitat abiectas ab imortalitat desꝑatiõe liberãdas: q̃ vt demõstraret nobis q̃nti nos pẽderet de⁹: q̃ntũq; diligeret? Quid vo h⁹ rei tãto isto iudicio manifestius atq; p̃clarius: q̃ vt dei filius imutabiliter bonus: in se manẽs qđ erat: ⁊ a nobis ⁊ ꝓ nobis accipiẽs qđ nõ erat: p̃ter sue nature detrimentũ nostrũ dignatus ẽ inire ꝯsortium: prius sine vllo malo suo merito: mala nostra perferret: ac si iam credẽtibus quantũ nos diligat deus: ⁊ qđ desperebamus iam sperãtib⁹ dona in nos sua sine vllis bonis meritis nostris: imo p̃cedentib⁹ ⁊ malis meritis nostris in debita largitate ꝯferret: qꝛ ⁊ ea que dicuntur merita nostra dona sunt ei⁹? Et em̃ fides ꝑ dilectionem operet: caritas dei diffusa est in cordib⁹ nostris ꝑ spiritũ sanctuz qui datus est nobis. Tũc est aũt datus: qñ est iesus resurrectione clarificat⁹. Tunc em̃ eũ se missuꝝ esse ꝓmisit ⁊ misit: qꝛ tunc sicut de illo scriptũ est: ⁊ ante p̃dictũ: Ascendit in altũ: captiuauit captiuitatẽ: dedit dona hominibus. Hec dona sunt merita nostra: quib⁹ ad summũ bonũ imortalitatis ⁊ beatitudinis ꝑuenimus. Cõmendat aũt inquit aplus caritatẽ suam deus in nobis: qm̃ cũ adhuc peccatores essemus. xp̃us ꝓ nobis mortuus est. Multo magis iustificati nũc in sanguĩe ipsius: salui erim⁹ ab ira ꝑ ip̃um. Adhuc addit ⁊ dicit: Si em̃ cũ inimici essem⁹ recõciliati sumus deo ꝑ mortẽ filij eius: multo magis recõciliati salui erimus in vita ipsius. Quos peccatores dixit pri⁹: hos posteri⁹ inimicos dei: ⁊ quos pri⁹ iustificatos in sanguine iesu christi: eos posteri⁹ recõciliatos

j. Thi. 2

Gal. 5

Roma. 5

Joh. j6

Ephe. 4

Roma. 5

Ibidem

p mortē filij dei. Et quos pus saluos ab ira p ipsum: eos postea saluos in vita ipsius. Nō ergo ante istā gratiā quoquo mō peccatores: sed in talib⁹ peccatis fuim⁹: vt inimici essemus dei. Cupius aūt quidē aplus nos peccatores: ⁊ inimicos dei duob⁹ idē tidē nominib⁹ appellauit: vno velut mitis- Roma.5 simo: alio plane atrocissimo dicēs: Si eñ christ⁹ cū infirmi essemus adhuc: iuxta tē pus p impijs mortu⁹ est. Quos infirmos: eosdē impios nūcupauit. Leue aliquid videtur infirmitas: sed aliquādo talis est: vt impietas nominetur. Nisi tū infirmitas esset: medicū necessariū non haberēt: qui est hebraice iesus: grece sother: nostra aūt locutione saluator. Nō verbū latina lingua antea non habebat: sed habere poterat: sicut potuit qñ voluit. Hec aūt apostoli sen- Ubi.3 tentia p̄cedēs vbi ait: Adhuc cum infirmi essemus iuxta temp⁹ p impijs mortuus ē: coheret his duab⁹ sequētibus: quarum in vna dixit peccatores: in alia inimicos dei: tanq̄ illis singulis reddiderit singula. peccatores ad infirmos: inimicos dei referēs ad impios.

Qua ratione in sanguine christi iustificēt credētes: et quomodo in hoc sacramento totius trinitatis sit operatio. Ca. xj

Quapropter diligētius illud cōsideremus exemplū qō adhibuim⁹: vt ostēderet aliud esse rem quāqz nō nosse: aliud nō cogitare: fieriqz posse vt nouerit hō aliquid qō nō cogitat: qñ aliunde nō inde cogitat. Quarū ergo vel plurū disciplinarū peritus qñ vnam cogitat: aliam vel alias etiā si non cogitat: nouit tñ. Sed nūquid recte possum⁹ dicere: iste musicus nouit quidē musicam: sed nūc eam non intelligit: quia eam non cogitat. intelligit aūt nunc geometriā. hanc enī nunc cogitat: absurda est quātū apparet ista sentētia. Quid etiā illa si dicam⁹: iste musicus nouit quidē musicam: sed nūc eam nō amat qñ eam nō cogitat. amat aūt geometriā: qñ nūc ipam cogitat: nōne simulit absurda est? Rectissime vero dicim⁹: Iste quē pspicis de geometria disputantē: etiā perfectus est musicus: nam et meminit discipline eius: et intelligit eam et diligit. sed q̄uis eā nouerit z āmet: nūc illā nō cogitat: qñ geometriā de qua disputat cogitat. Hinc admonemur esse nobis in abdito mentis quarūdā rerū quasdā noticias: et tunc quodā mō procedere in medū: atqz in cōspectu mentis velut apertius pstitui qñ cogitam⁹. Tunc enī seipsa mens: et meminisse: et intelligere: et amare inuenit: etiā vnde nō cogitabat: qñ aliud cogitabat. Sed vnde diu nō cogitauerim⁹: et vnde cogitare nisi cōmoniti non valem⁹: id nos nescio quo eodēqz miro mō si potest dici: scire nescim⁹. Beniqz recte ab eo qui cōmemorat: ei cui cōmemorat dicit: Scis hoc: sed scire te nescis. Commemorabo et inuenies te scientē quod te nescire putaueras. Id agunt et littere que de his rebus cōscripte sunt: quas res duce ratione veras esse inuenit lector: non quas veras esse credit ei qui scripsit: sicut legit historia: sed quas veras esse etiam ipse inuenit: siue apō se: siue in ipa mētis luce veritate. Qui vero nec admonit⁹ valet ista cōtueri: magna cecitate cordis tenebris ignorātie dimersus est altius: z mirabiliore diuina ope indiget: vt possit ad verā sapientiā puenire. Propter hoc itaqz volui de cogitatiōe adhibere qualecūqz documētū: quo posset ostendi quomō ex his que memoria continent recordātis acies informet: et tale aliquid gignatur vbi hō cogitat: quale in illo erat vbi ante cogitationē meminerat: qz facilius dinoscit quod tpe accedit: et vbi parens prolem spacio tpis antecedit. Nam si nos referam⁹ ad interiorē mentis memoriā qua sui meminit: et interiorē intelligentiā q̄ se intelligit: et interiorē volūtatē qua se diligit: vbi hec tria simul sunt: z simul semp fuerunt ex quo esse ceperūt: siue cogitarent: siue nō cogitarent: videbit quidē imago illius trinitatis: et ad solā memoriā pertinere. Sed qz ibi verbū esse sine cogitatiōe nō pōt. Cogitam⁹ enī oīe qō dicim⁹: etiā illo interiore verbo qō ad nullius gētis pertinet linguā. in tribus potī⁹ illis imago ista cognoscit: memoria scz intelligētia: voluntate. Hanc aūt nūc dico intelligētiā qua intelligim⁹ cogitantes. id est qñ eis repertis que memorie presto fuerāt: sz nō cogitabātur: cogitatio nostra format: z eā volūtatē: siue amorē: vel dilectionē: que istā prolem parētemqz cōiungit: z quodāmō vtriqz cōmunis est. Hinc factū est vt etiā p exteriora sensibilia que per oculos carnis vident: legentiū ducerem tarditatē: in. xj. scz libro atqz inde cū eis ingrederer ad hois interioris eam potētiā qua ratiocinat de tpalibus rebus: differens illā principaliter dominātem qua cōtemplat eternas: atqz id duob⁹ voluminib⁹ egi duodecimo vtrūqz discernens: quorū vnū est superius: alterū inferius: qō superiori esse subditū debet. Tertiodecimo aūt de munere inferioris quo humanarū rerū sciētia salubris cōtinet: vt in hac tpali vita id agamus quo cōsequamur eternā: quanta potui veritate ac breuitate disserui: qñ quidē rem tam multiplicē atqz copiosam multorqz atqz magnorū disputationib⁹ multis magnisqz celebratā: vno stricta volumine incluſi: ostēdēs etiā in ipsa trinitatē: sz nōdū que dei sit imago dicēda.

De principali mentis in quo intuenda est summe imago trinitatis. Capitu. viij.

Nunc vero ad eam iam peruenim⁹ disputationē: vbi principale mentis humane quo nouit deū vel potest nosse cōsiderandū suscepim⁹: vt eo reperiamus imaginē dei. Quis enī mens humana nō sit eius nature cuius est deus: imago tñ natura eius qua natura melior nulla est ibi querenda. et inuenienda est in nobis quo etiam natura nostra nihil habz melius: sed prius mens in seipsa psiderāda est anteqz sit particeps dei: et in ea reperienda est imago ei⁹. Bixim⁹ enī eaz et si amissa dei participatio

ne obsoletã atq; deformẽ: dñi tñ imaginẽ permanere. Ipo q̃ppe ipo imago ei⁹ est: quo ei⁹ capax est: ciusq; particeps esse põt: qõ tam magnũ bonũ nisi p hoc q̃ imago ei⁹ est intelligi nõ põt. Ecce ergo mẽs meminit sui: intelligit se: diligit se: hoc si cernimus: cernimus trinitatẽ: nõ dũ quidẽ deũ sz iam imaginem dei. Non forinsecus accepit memoria qõ teneret: nec foris inuenit qõ aspiceret intellect⁹: sicut corpis oculus. Nec ista duo velut formã corpis: et eã que inde facta est in acie cõtuentis volũtas foris iunxit. Nec imaginẽ rei que foris visa est quodammõ raptã t in memoriã recõditã: cogitatio cũ ad eam cõuerteret inuenit: et inde formatus est recordãtis obtutus: iungente vtrũq; tertia volũtate: sicut in eis ostẽdebamus trinitatib⁹ fieri: que in reb⁹ corpalib⁹ reperiebant: vel ex corpib⁹ per sensum corporis introrsus quodãmõ trahebant. De quib⁹ oñib⁹ in libro. xj. disseruim⁹. Nec sicut fiebat vel apparebat q̃ñ de illa scientia disserebam⁹: iam in hois interioris operib⁹ cõstituta: que distinguẽda fuit a sapientia. Vñ que sciunt velut aduẽticia sunt in animo: siue cognitõe hist̃orica illata: vt sunt facta et dicta: que tpe peragunt et transeunt. vel in natura rerũ suis locis t regionib⁹ cõstituta sũt. siue in ipo hoie q̃ nõ erãt oriunt: aut alijs docẽtib⁹: aut cogitatiõib⁹ ꝓprijs. sicut fides: quã plurimũ in libro. xiij. cõmẽdauim⁹. sicut virtutes quib⁹ si vere sunt in hac mortalitate ideo bene viuit: vt beate in illa que diuinit⁹ ꝓmittit immortalitate viuat. Hec atq; hmõi habẽt in tpe ordinẽ suum: in quo nobis trinitas memorie visionis et amoris facilius apparebat. Nam quedam eorũ ꝓueniũt cognitionẽ discentiũ. Sunt enĩ cognoscibilia: t anteq; cognoscant: suiq; cognitionẽ in discentib⁹ gignunt. Sunt aũt vel in locis suis: vel que tpe ꝓterierũt: q̃uis que ꝓterierũt non ipsa sint: sed eorũ quedã signa ꝓteritor: quib⁹ visis vel auditis cognoscant fuisse atq; transisse. Que signa vel in locis sita sunt: sicut monumenta mortuor: et quecũq; similia. vel in litteris fidedignis: sicut est oñis grauis et approbande auctoritatis hist̃oria. vel in animis eor: qui ea iam nouerũt: eis q̃ppe iam nota et alijs vtiq; sunt noscibilia quorũ scientiã ꝓuenerũt: et qui ea nosse illis quibus nota sunt docentib⁹ possunt. Que omnia et q̃ñ discunt quandã faciũt trinitatẽ specie sua que noscibilis fuit: etiã ãteq; nosceret. eiq; adiuncta cognitiõe discentis que tunc esse incipit q̃ñ discitur: ac tertia voluntate que vtrũq; cõiungit. Et cũ cognita fuerint: alia trinitas dum recoluntur fit iam interius in ipso animo ex his imaginib⁹ que cũ discerent sunt impresse in memoria et informatione cogitatiõis ad ea cõuerso recordãtis aspectu: et ex voluntate que tertia duo ista cõiungit. Ea vo q̃ oriunt in animo vbi nõ fuerũt: sicut fides. et cetera hmõi. et si aduẽticia vident cum doctrina inferunt: non tñ foris posita vel foris peracta sunt sicut illa que credunt: sed intus oñino in ipso animo esse ceperũt. Fides enĩ nõ est qõ creditur sed qua credit. et illud credit: illa cõspicitur. Iamẽ qr esse cepit in animo qui iam erat animus anteq; ista esse cepisset: aduenticium quiddã videt t in ꝓteritis habebit: q̃ñ succedẽte specie iam esse destiterit: aliãq; nunc trinitatẽ facit per suã presentiã: retenta: conspecta: dilecta. aliam tunc faciet per quoddã sui vestigiũ qõ in memoria ꝓteriẽs dereliquerit: sicut iam supradictũ est.

¶ An virtutes quib⁹ ad eternitatem tendit desinant cuz ad eterna perduxerint. ¶ Capi. ix.

Verum autẽ tunc etiã virtutes quibus in hac mortalitate bene viuitur: qr et ipse incipiũt esse in animo: qui cũ sine illis prius esset tñ animus erat: desinãt esse cũ ad eterna perduxerint: nõnulla questio est. Quibusdã enĩ visum est desituras: et de tribus quidem prudẽtia: fortitudine: temperãtia: cũ hoc dicit: non nihil dici videtur. Justicia vero imortalis est: t magis tunc perficiet in nobis: q̃ esse cessabit. De oñib⁹ tñ quattuor magn⁹ auctor eloquẽtie tullius: in hortensio dialogo disputãs. Si nobis inquit cum ex hac vita migrauerim⁹ in beator insulis imortale euum: vt fabule ferunt: degere liceret: quid opus esset eloquẽtia: cũ iudicia nulla fierẽt: aut ipsis etiã virtutib⁹. nec enĩ fortitudinis egerem⁹ vllo ꝓposito aut labore: aut periculo. nec iustitia: cũ esset nihil quod appeteret alicui. nec temperãtia que regeret eas que nulle essent libidines. nec prudẽtia quidẽ egerem⁹ nullo delecto ꝓposito bonorũ t malorũ. Tanta igit essemus beati cognitõe nature et scientia: qua sola etiã deorũ est vita laudanda. Ex quo intelligi põt cetera necessitati esse: vnũ hoc volũtatis. Ita ille tantus orator cum philosophiã predicaret: recolens ea que a philosophis acceperat: t preclare ac

ſuauiter explicās in hac tantū vita quā vi-
demus erūnis ⁊ erroꝛib⁹ plenā: oēs quat
tuoꝛ neceſſarias dixit eſſe virtutes: nullam
vero eaꝝ cū ex hac vita emigrauerim⁹ ſi li-
ceat ibi viuere vbi viuūt beate. Sed bonos
animos ſola beatos eſſe cognitōe ⁊ ſciētia.
hoc eſt cōtēplatiōe nature: qua nihil eſt me
lius ⁊ amabilius: ea eſt natura que creauit
oēs ceteras inſtituitq; naturas. Cui regē
ti eſſe ſubdituꝛ ſi iuſticie eſt: immortalis eſt
omnino iuſticia. nec in illa eſſe beatitudine
deſinet: ſꝫ talis ⁊ tāta erit vt pfectioꝛ ⁊ ma-
ioꝛ eſſe nō poſſit. Foꝛtaſſis ⁊ alie tres virtu
tes: prudētia ſine vllo tā periculo erroꝛis:
foꝛtitudo ſine moleſtia tolerādoꝝ maloꝝ:
temperātia ſine repugnatiōe libidinū: erūt
in illa felicitate: vt prudētie ſit nullū bonū
deo p̄ponere vel equare foꝛtitudinis: ei fir-
miſſime cohererе. temperātie nullo defectu
noxio delectari. Nunc aūt qō agit iuſticia
in ſubueniēdo miſeris: qō prudētia in pre-
cauendis inſidijs: qō foꝛtitudo in pferēdis
moleſtijs: qō temperātia in coerc̄endis de-
lectatiōib⁹ prauis: nō ibi erit: vbi nihil oīno
mali erit: ac per hoc iſta virtutū opera q̄
huic moꝛtali vite ſūt neceſſaria: ſicut fides
ad quā referēda ſūt: in p̄teritis habebunt.
Et aliam nunc faciūt trinitatē: cū ea p̄ſen-
tia tenem⁹: aſpicim⁹: amam⁹. aliā tūc factu
ra ſunt: cū ea nō eſſe: ſꝫ fuiſſe per quedā eo-
rum veſtigia que p̄tereūdo in memoria de-
relinquēt reperiem⁹: qꝫ et tunc trinitas erit
cū illud qualecunq; veſtigiū et memoriter
retinebit: et agnoſcet veraciter: et hoc vtrū
q; tertia voluntate iungetur.

De cognoſcibilib⁹ tpalib⁹: quo rū alia cognitionē nr̄am p̄uenīūt: alia nō p̄cedūt. Capi. x.

In omnīū iſtarū quas cōmemoꝛa-
uim⁹ tpaliū rerū ſciētia: quedā co-
gnoſcibilia et cognitionē interpoſitiōe tpis
antecedūt: ſicut ſunt ea ſenſibilia: que iam
erant in rebus anteq; cognoſcerent: vel ea
oīa q̄ per hiſtoriā cognoſcunt. Quedam
vero ſimul eſſe incipiūt: velut ſi aliquid vi-
ſibile qō oīno nō erat: ante nr̄os oculos
oꝛiatur: cognitionē noſtrā vtiq; nō p̄cedit.
aut ſi aliquid ſonet vbi adeſt auditoꝛ: ſimul
profecto incipiūt eſſe ſimulq; deſinūt: et ſo
nus et eius auditꝰ. Verūtn̄ ſiue tpe prece-
dentia: ſiue ſimul eſſe incipiētia cognoſcibi
lia cognitionē gignūt: non cognitōe gignū
tur. Cognitiōe vero facta: cū ea que cogno
ſcim⁹ poſita in memoria recoꝛdatiōe reui-
ſuntur: quis nō videat prioꝛē eſſe tpe in me
moria retentionē quā in recoꝛdatiōe viſio-
nem: ⁊ hui⁹ vtriuſq; tertia volūtate iunctio
nem: Poꝛro autē in mente nō ſic eſt. Nec
enī aduenticia ſibi ipſa eſt quaſi ad ſeipſaꝫ
que iam erat venerit aliūde: eadē ipſa q̄ nō
erat: aut nō aliūde eadē ipa q̄ non erat: aut
nō alūde venerit: ſed in ſcipa q̄ iam erat na
ta ſit ea ipſa que non erat. ſicut in ipſo hoie
que nō erāt oriūtur: aut aliꝫs docētib⁹: aut
cogitatiōib⁹ p̄priꝫs: ſicut fides: ſicut virtu-
tes: ſicut in mente q̄ iam erat oꝛitur fides q̄
non erat. Aut poſt cognitionē ſui recoꝛdā-
do ſeipſam velut in memoria ſua cōſtitutā
videt: ſiq; nō ibi fuerit anteq; ſeipſā cogno-
ſceret: cū pfecto ex quo eſſe cepit nunq; ſui
meminiſſe: nūq; ſe intelligere: nūq; ſe ama-
re deſiterit. ſicut iam oſtēdim⁹: ac p hoc q̄ñ
ad ſeipſam cognitiōe cōuertit: fit trinitas.
in qua iam ⁊ verbū poſſit intelligi. Foꝛma-
tur q̄ppe ex ipſa cognitio voluntate vtrūq;
iungente. Ibi ergo magis agnoſcenda eſt
imago q̄z querimus.

An ſemp memoria p̄teritaꝝ reꝝ ſit: an etiā p̄ſentiū. Capitu. xj.

Sed dicet aliq̄s. Non eſt iſta memo
ria qua mēs ſui meminiſſe phibet:
que ſibi ſp eſt p̄ſns. Memoria enī
p̄teritoꝝ eſt non p̄ſentiū. Nam quidā cū de
virtutib⁹ ageret in quib⁹ eſt etiā tullius: in
tria iſta prudētiā diuiſerūt: memoriā: intel-
ligētiā: puidētiā. Memoriā ſcz p̄teritis: in
telligētiā p̄ſentib⁹: puidētiā rebus tribuē-
tes futuris: quā non habēt certā niſi preſci
futuroꝝ: que nō eſt munus hoīm niſi detur
deſup: vt p̄phetis. Vñ ſcriptura: ſapiētie de
hominib⁹ aiens. Cogitatōes inquit morta Sap. 9
lū timide ⁊ incerte puidētie nr̄e. Memo-
ria vero de p̄teritis: et intelligētia de p̄ſenti
bus certa eſt: ſꝫ p̄ſentib⁹ vtiq; coꝛpalib⁹ re-
bus. Nam coꝛpales coꝛpaliū p̄ſentes ſunt
aſpectib⁹ oculoꝝ. Sꝫ qui dicit memoriā nō
eſſe p̄ſentiū: attendat quēadmodū dictū ſit
in ipſis ſecularib⁹ līris: vbi maioꝛis fuit cu-
re verboꝝ integritas q̄z veritas reꝝ. Nec ta
lia paſſus vlyxes: oblituſve ſui eſt ithacus:
diſcrimine tāto. Virgilius enī cū ſui nō ob
litū diceret vlyxem: quid aliud intelligi vo
luit: niſi q̄ meminerit ſui? Cū ergo ſibi p̄ſ
eēt: nullo mō ſui meminiſſet niſi ad res pre-
ſentes memoria p̄tineret. Quapꝛopt ſicut
in rebus p̄teritis ea memoria dicit: qua fit
vt valeāt recoli ⁊ recoꝛdari. ſic in re preſen-
ti q̄ ſibi eſt mēs: memoria ſine abſurditate

dicēda est qua sibi pſto est vt sua cogitatio ne possit intelligi ⁊ vtrūq; sui amore ꝓuigi.

Qua facultate mens rationalis obtineat vt in ea dei imago resplē deat. Capitulū. xij.

Hec igit trinitas mentis nō ꝓpterea dei est imago: qz sui meminit mens et intelligit ac diligit se: sed qz pōt etiā meminisse ⁊ intelligere ⁊ amare a quo facta est. Qđ cū facit: sapiēs ipa fit. Si aūt nō facit: etiā cū sui meminit: seseq; intelligit ac diligit stulta ē. Meminerit itaq; dei sui ad cui⁹ imaginē fctā ē: eūq; intelligat atq; diligat. Qđ vt breuius dicā colat deum nō factū: cuius ab eo capax est facta: et cui⁹ ꝓticeps esse potest. Propter qđ scriptū est: Ecce dei cultus est sapientia: et nō sua luce: sed summe illius lucis ꝓticipatiōe sapiēs erit: atq; vbi eterna ibi beata regnabit. Hic eni dicit ista hois sapiētia: vt etiā dei sit. Tūc eni vera est. nam si humana est: vana est. Verum non ita dei qua sapiens est deus. Neq; eni participatiōe sui sapiēs est: sicut mens participatiōe dei. Et quēadmodū dicit iustitia dei: nō solū qua ipse iustus est: sed quā dat homini cū iustificat impiū. Quā cōmēdans aplūs: ait de quibusdā. Ignorantes eni dei iusticiā: et suam iusticiā volētes cōstituere: iusticie dei nō sunt subiecti. Sic eni dici pōt etiā de quibusdā: Ignorātes dei sapientiā: et suam volētes cōstituere: sapiētie dei nō sunt subiecti. Est igit natura non facta: que fecit omnes ceteras magnas paruasq; naturas eis quas fecit sine dubitatione pstātior: ac ꝓ hoc hac etiā de qua loquimur rōnali et intellectuali: que hois mens est ad eius qui eā fecit imaginē facta. Illa autē ceteris natura prestātior deus est. Et quidē nō longe posit⁹ ab vnoquoq; nr̄m: sicut apls dicit adiungēs: In illo eni viuim⁹ et mouemur et sum⁹. Qđ si ꝑm corpus diceret: etiā de isto corporeo mundo posset intelligi. Nam et in illo ꝑm corpus viuimus: mouemur: et sum⁹. Unde ꝑm mentē que facta est ad eius imaginē debet hoc accipi excellētiore quodā eodemq; nō visibili: sz intelligibili mō. Nam quid non est in ipso de quo diuine scriptū est: Qm̄ ex ipso ⁊ ꝓ ipm et in ipso sunt oīa: Proinde si in ipso sūt oia: in quo tādē pnt viuere q̄ viuūt: et moueri q̄ mouent: nisi in quo sunt. Nō tn oēs cū illo sūt eo mō quo ei dictū est: Ego sem per tecū. Nec ipse cū oīb⁹ eo mō quo dicit⁹: Bñs vobiscū. Magna itaq; hois miseria est cū illo nō esse: sine quo nō pōt esse. In quo eni est ꝓcul dubio sine illo non est. Et tn si eius nō meminit: eūq; nō intelligit: nec diligit: cū illo nō est. Qz autē quisq; penitus obliuiscit: nec cōmoueri ei⁹ vtiq; pōt.

Ro. ma. jo

Act. j7

Ro. ma. jj

Ps. 72

De reminiscētia in deum cuius sp est capax mētis natura. Ca. xiij.

Ad visibilib⁹ rebus ad hanc rem sumamus exemplū. Dicit tibi quispiam quē non recognoscis. Hosti me: ⁊ vt cōmoneat: dicit vbi: qñ: quō tibi innotuerit: oīnibusq; adhibitis signis quib⁹ in memoriā reuoceris. si non recognoscis: ita iam oblitus es: vt oīs illa notitia penitus deleta sit animo. nihilq; aliud restat: nisi vt credas ei qui tibi hoc dicit: q̄ aliqñ euz noueras aut ne hoc quidē si fidedign⁹ tibi esse qui loquit nō videt. Si aūt reminiscēris: pfecto redis in memoriā tuā: ⁊ in ea inuenis qđ nō fuerat penitus obliuione deletū. Redeam⁹ ad illud ꝓpter qđ adhibuimus humane ꝙuersatiōis exemplū. Inter cetera psalmus nonus: Conuertant inquit pctōres in infernū: oīnes gentes que obliuiscūt deū. Porro aūt vicesim⁹ ⁊ prim⁹: Cō memorabunt inquit et cōuertent ad dñm vniuersi fines terre. Non igit sic erāt oblite iste gentes deū: vt eius nec cōmemorate recordarent. Obliuiscēdo aūt deū tāq; obliuiscendo vitā suā: cōuerse fuerāt in mortē: hoc est in infernū. Commemorate vero cōuertunt ad dñm tanq; reminiscētes reminiscendo vitā cuius eas habebat obliuio. id est cuius oblite fuerāt. Item legit in nonagesimo tertio: Intelligite nūc qui insipientes estis in ꝑplo: et stulti aliqñ sapite. Qui plantauit aurē nō audiet: et cetera. Eis eni dictū est: qui deum non intelligēdo de illo vana dixerunt.

Ps. 9

Ps. 21

Ps. 93

Qz etiā praua mens nec memoria sui careat nec cognitione nec amore. Capitu. xiiij.

Dilectiōe aūt dei plura reperiūtur in diuinis eloquijs testimonia. Ibi eni ⁊ illa duo consequēter intelligunt: qz nemo diligit cuius nō meminit: et qđ penit⁹ nescit. Qñ illud est notissimū ꝓcipuūq; preceptū. Diliges dñm deū tuū. Sic itaq; cōdita est mens humana: vt nunq; sui non meminerit: nunq; se nō intelligat: nunq; se nō diligat. Sed qñ qui odit aliquē nocere illi studet: non imerito et mens hois qñ sibi nocet odisse se dicit. Nescies eni sibi vult male: dum nō putat sibi obesse qđ vult. Et

Deut. 6

tñ male sibi vult: qñ id vult qđ obsit sibi.
Ps.10 Unde illud scriptū est: Qui diligit iniquitatē: odit animā suaz. Qui ergo se diligere nouit: deū diligit. Qui vero nō diligit deū: etiaz si se diligit: quod ei naturaliť inditum est: tñ nō incōueniēter odisse se dicit: cū id agit quod sibi aduersať: et seipm tāđ suus inimicus insequiť: qui ꝓfecto est error horrēdus: vt cū sibi homines prodesse velint: multi non faciāt nisi quod eis pernicioſissimum est. Simulē morbū mutorū animaliū cum poeta describeret. Bū inquit meliora pñs errorēđ hostib⁹ illū: Biscissos nudis laniabāt dentibus arcus. Cum morbus ille corpis fuerit: cur dixit errorē: nisi qz omne animal cuz sibi natura cōciliatū sit: vt se custodiat quantū potest: talis ille erat morbus: vt ea quorū salutē appetebāt sua membra laniarent. Cum autē deū diligit mens: et sicut dictū est ꝓsequēter meminit: eumđ intelligit: recte illi de proximo suo precipitur: vt eū sicut se diligat. Jam enī se non diligit puerse: ꝙ recte cū deū diligit: cuius participatiōe imago illa non solum est: verū etiā ex vetustate renouať: et ex deformitate reformať: ex infelicitate beatificať. Quis se ita diligat: vt si alterutrū ꝓponať: malit oñia que infra se diligit perdere: đ perire: tñ superiorē deserendo ad quē solum possit custodire fortitudinē suam: eođ frui lumine suo: cui canitur in psalmo. Fortitudinez
Ps.58 meam ad te custodiā. Et in alio: Accedite
Ibidē.33 ad eū: z illuminamini. sic infirma z tenebrosa facta est: vt a se quoq ipsa in ea q̄ nō sūt qđ ipsa: z quib⁹ superior est ipsa: infelicius laberet ꝑ amores quos nō valet vincere: z errores a quib⁹ nō videt qua redire. Unde iam deo miserante penitus clamat in psalmis: Deseruit me fortitudo mea: et lumen
Ibidē.37 oculoz meoz nō est mecū. Non sane in his tātis infirmitatis z errorīs malis: amittere potuit naturalē memoriā: intellectū z amorē sui. ꝓpter quod merito dici potuit: qđ supra cōmemorauī. Quamđ in imagine dei
Ibidē.38 ambulat homo: tñ vane cōturbať. Thesaurizat et nescit cui cōgregabit ea. Cur enim thesaurizat: nisi qa fortitudo eius deseruit eū. per quā deum habēs rei nullius indigeret: Et cur nescit cui cōgregabit ea: nisi qa lumē oculorū eius non est cū eo: et ideo nō
Luc.12 videt qđ veritas ait: Stulte hac nocte animam tuā repetēt abs te: hec que preparasti cuius erūt: Clerūtamē quia etiā talis in imagine ambulat homo: z habet memoriā et intellectū: et amorē sui. Hominis mēs: si ei manifestarek q̄ vtrumđ habere nō posset et vnū e duobus permitterek eligere: alterū perditurus: aut thesauros quos cōgregauit: aut mentē: quis vsđ adeo nō habz mētem: vt thesauros mallet habere đ mentē: Thesauri enī mentē possunt plerumđ subuertere: et mens que nō thesauris subuertitur: sine vllis thesauris facilius et expeditius potest viuere. Quis vero vllos thesauros: nisi per mētē poterit possidere: Si enī puer infans đuis ditissimus natus: cum sit dñs omniū que iure sūt eius: nihil possidet mente sopita: quo tandē mō quisđ quicđ mente possidebit amissa: Sed de thesauris quid loquor: q̄ eis quilibet hominū si talis optio ꝓponatur: mauult carere đ mente: cum eos nemo preponat: nemo cōparet luminib⁹ corporis: quib⁹ non vt aurū rarus quisđ homo: sz oñis homo possidet celū. per lumina enim corporis quisđ possidet quicquid libēter videt. Quis ergo si tenere vtrumđ non possit: et alterutrū cogatur amittere: non thesauros: đ oculos malit. et tamē si ab eo simili conditiōe querať: vtrū oculos malit amittere: an mentē: quis mente nō videat eum oculos malle đ mētem: Mens quippe sine oculis carnis humana est. Oculi autem carnis sine mente beluini sunt. Quis porro non hominē se malit esse etiā carne cecum: đ beluam videntē: Hec dixi: vt etiā tardiores: đuis breuiter cōmouerētur a me: in quoz oculos vel aures hec littere peruenerint: quantū mēs diligit seipsam etiā infirma et errans: male diligēdo atđ sectādo que sunt infra ipsam. Diligere porro seipsam nō posset: si se oñino nesciret. id est si sui nō meminisset: nec se intelligeret: qz in se imagine dei tam potens est: vt ei cuius imago est valeat inherere. Sic enī ordinata est naturarū ordine: non locorum: vt supra illam non sit nisi ille. Deniđ cum illi penitus adheserit: vnus erit spiritus. Cui rei attestatur apls dicēs: Qui au j.Cor.6
tem adheret domino vnus spirit⁹ est. Accedente quippe ista ad participationē nature veritatis et beatitudinis illius: nō tamē crescente illo in natura: veritate et beatitudine sua. In illa itađ natura cui felicit adheserit: imutabiliter viuet et imutabile videbit oñe qđ viderit. Tunc sicut ei diuina scriptura promittit: satiabiť in bonis desiderīū eius. bonis imutabilib⁹: ipsa trinitate deo suo cui⁹ imago est: et ne vspiā viole-

tur erit in abscõdito vultus eius: tãta vbertate eius impleta: vt eam nunq̃ peccare delectet. Ipsam vero nũc qñ videt: nõ aliquid immutabile videt.

¶ De mutabilitate mentis humane qua fit: vt sicut misera facta est ex beata: ita beata possit esse ex misera. ¶ Capitu. xv.

Quod ideo certe nõ dubitat qñ misera est: & beata esse desiderat. Nec ob aliud fieri sperat hoc posse: nisi quia est mutabilis. Nam si mutabilis non esset: sicut ex beata vita misera: sic ex misera beata esse nõ posset. Et qđ eam fecisset miserã: sub oñipotẽte et bono dño: nisi peccatum suũ: & iusticia dñi sui: Et quid eã faciet beatam: nisi meritũ suum & premiũ dñi sui: Qz et meritũ eius gratia est illius: cui⁹ premiũ erit beatitudo eis. Justiciã quippe dare sibi nõ potest: quã perditã nõ habet. Hanc enĩ cum homo conderet accepit: et peccãdo vtiq̃ pdidit. Accepit ergo iusticiã: propter quam beatitudinez accipere mereret. Vnde veraciter ei dicit ab apl̃o: quasi de
1.Cor.4 suo bono superbire incipiẽti: Quid enĩ habes quod non accepisti: Si autẽ accepisti: quid gloriaris quasi nõ acceperis: Quãdo autez bene recordat dñi sui: spiritu eius accepto sentit oñino: qz hoc discit: intimo magisterio: nõ nisi ei⁹ gratuito affectu posse se surgere: non nisi suo volũtario defectu cadere potuisse. Non sane reminiscit beatitudinis sue. fuit quippe illa & nõ est: eiusq̃ ista penitus oblita est: ideoq̃ nec cõmemorari põt. Credit autẽ de illa fidedignis litteris dei sui per eius pphetã cõscriptis narrãtibus de felicitate paradisi: atq̃ illud primũ et bonũ hominis et malũ historica traditione indicãtibus. dñi autẽ dei sui reminiscit. Ille quippe semp est: nec fuit et non est: nec est et nõ fuit: sed sicut nũq̃ nõ erit: ita nũq̃
Act.j7 nõ erat: & vbiq̃ totus est. Propter qõ ista in illo & viuit & mouet: et est. & ideo reminisci eius põt. Non qz hoc recordat qõ eum nouerat in adam: aut alibi alicubi ante huius corpis vitam. Aut cum primũ facta est vt insereret huic corpi. Nihil enĩ horũ omnino reminiscit. Quicquid horũ est: oblivione deletũ est. Sed cum memorat vt cõuertat ad dñm tanq̃ ad eam lucẽ qua iam cum ab illo auerteret: quodã mõ tangebatur. Nam hinc est q̃ etiã impij cogitãt eternitatem: et multa recte reprehẽdũt: rectecq̃ laudãt in hominũ moribꝰ. Quibus ea tandem regulis indicãt: nisi in quibus vident: quẽadmodũ quisq̃ viuere debeat: etiam si nec ipsi eodẽ modo viuãt: vbi eas vident: Nec enĩ in sua natura: cũ ꝓculdubio mẽte ista videant: eorumq̃ mẽtes constet esse mutabiles. has vero regulas ĩmutabiles videat quisquis in eis et hoc videre potuerit. Nec in habitu sue mentis cũ ille regule sint iusticie. mentes vero eorũ constet esse iniustas. Vbi nam sunt iste regule scripte: vbi quid sit iustum: & iniustus agnoscit vbi cernit habendũ esse quod ipse nõ habet: Vbi ergo scripte sũt: nisi in libro lucis illius que veritas dicit: vnde oñis lex iusta describit: et in cor hominis qui operat iusticiã: nõ migrando sed tanq̃ ĩprimẽdo transfert: sicut imago ex anulo & in cerã transit: & anulum nõ relinquit. Qui vero non operat: et tamẽ videt quod operandũ sit: ipse est qui ab illa luce auertit: a qua tamẽ tangit. Qui aũt nec videt quẽadmodũ sit viuendũ: excusabilius quidẽ peccat: qz nõ est trãsgressor cognite legis. Sed etiaz ipse splendore aliquotiẽs vbiq̃ presentis veritatis attingitur: quãdo admonitus cõfitetur.

¶ De reformatiõe mentis ad imaginem dei: & quot modis spiritus appellatio diuersis assignetur naturis. ¶ Capitu. xvj.

Quia vero cõmemorati cõuertũtur ad dominũ: ab ea deformitate qua per cupiditates seculares cõformabantur huic seculo reformant ex illo: audiẽtes apostolũ dicentẽ: Nolite cõformari huic secu- Roma.j2
lo: sed reformamini in nouitate mentis vestre: vt incipiat illa imago ab illo reformari: a quo formata est. Non enĩ reformare se ipsam potest. sicut potuit deformari. Dicit etiã alibi: Renouamini spiritu mentis ve- Ephe.4
stre: et induite nouũ hoiem: eũ qui ꝑm deũ creatus est: in iusticia & sanctitate veritatis. Qz ait: ꝑm deum creatũ: hoc alio loco dicit ad imaginẽ dei. Qz peccãdo iusticiã & sãctitatẽ veritatis amisit: ꝓpter qõ hec imago deformis et decolor facta est: hanc recipit cũ reformat et renouat. Qz autẽ ait: spiritu Ephe.4
mentis vestre: nõ ibi duas res intelligi voluit: quasi aliud sit mẽs: aliud spũs mẽtis. Sed qz oñis mens spũs est: nõ autẽ oñis spũs mens est. Est enĩ spũs & deus: qui renouari non potest. qz nec veterascere põt. Dicitur etiã spiritus in homie qui mẽs nõ sit: ad quem pertinẽt imaginatiões similes corporũ. De quo dicit ad corinthios: vbi

1.Cor.14 dicit: Si aũt orauero lingua: spiritꝰ meus orat. mens aũt mea infructuosa ẽ. Hoc eñ ait: qñ id qđ dicit nõ intelligit: qz nec dici põt: nisi corporaliũ vocũ imagines sonum oris in spiritus cogitatione ꝓueniant. Bicitur ꝛ hominis anima spũs. vñ est in euã-
Job.19 gelio. Et inclinato capite tradidit spiritũ. quo significata est mors corpis: aia exeunte. Bicitur spiritꝰ etiã pecoris: qđ in eccle-
Eccs.3 siaste libro salomonis apertissime scriptuz est: vbi ait: Quis scit spiritꝰ filioz hominis si ascendet ipe sursum: ꝛ spiritus pecoris si
Gene.7 descẽdet ipe deorsum in terrã? Scriptũ est etiã in genesi: vbi dicit diluuio mortuã vniuersam carnẽ que habebat in se spiritũ vite. Bicit spiritꝰ etiã vẽtus: res apertissime
Ps.148 corporalis. Unde illud in psalmis: Ignis grando: nix: glacies: spiritus tempestatis. Quia ḡ tot modis dicit spiritus: spiritum mentis dicere voluit eũ spiritũ q̃ mens vo-
Colo.2 catur. sicut ait etiã idẽ apostolus: In expoliatione corporis carnis. Non duas vtiqz res intelligi voluit: q̃si aliud sit caro: aliud corpꝰ carnis. Sz qz corpus multaz rez nomẽ ẽ q̃rũ nulla ẽ caro. Nã multa sũt excepta carne corpa celestia ꝛ corpa terrestria. Corpus carnis dixit: corpꝰ qđ caro ẽ. Sic itaqz spiritũ mentis eũ spiritũ que mẽs est: alibi quoqz apertiꝰ etiã imaginẽ nomina-
Colo.3 uit: scz alijs verbis idipm ꝓcipiens: Expoliantes vos inquit veterẽ hominẽ cuz actibus eiꝰ: induite nouũ qui renouatur in agnitionẽ dei: scdm imaginẽ eius qui creauit
Ephe.4 eũ. Qđ ergo ibi legitur: Induite nouũ hominẽ qui secundũ deũ creatus est: hoc isto
Col.3 loco: Induite nouũ hominẽ qui renouat scdm imaginẽ eius qui creauit eũ. Ibi aũt ait: secundũ deũ. hic vero: secũdum imaginẽ eiꝰ q̃ creauit eũ. Pro eo vero qđ ibi po-
Ephe.4 suit: In iusticia ꝛ sanctitate veritatis. hoc
Col.3 posuit hic: In agnitiõe dei. Fit ergo ista renouatio reformatioqz mentis scdm deum: vel scdm imaginẽ dei. Si ideo dicitur ꝑm deũ: ne scdm aliã creaturam fieri putetur. Ideo aũt scdm imaginẽ dei: vt in ea re intelligatur fieri hec renouatio: vbi ẽ imago dei: id est in mente. Quẽadmoduz dicimꝰ scdm corpus mortuũ: nõ secundũ spiritũ eũ qui de corpore fidelis ꝛ iustꝰ abscedit. Quid eñ dicimꝰ scdm corpus mortuũ: nisi corpore vel in corpe: nõ anima vl in aia mortuũ? Aut si dicamꝰ: scdm corpus ẽ pulcher: aut scdm corpus fortis: nõ scdm animum: quid est aliud ꝗ corpore nõ animo pulcher aut fortis ẽ? Et inumerabiliter ita loquimur. Non itaqz sic intelligamus: se-
Col.3 cundũ imaginem eius qui creauit eũ: quasi alia sit imago secũdũ quã renouatur: nõ ipsa que renouatur.

Quid sit inter regenerationem baptismi et renouationem qua ꝓficitur ỏ die in diem in agnitione dei. Ca.xvij.

Ane ista renouatio non momẽto vno fit ipius puersionis: sic vt momento vno fit illa in baptismo renouatio remissiõe omniũ peccatoꝝ. Neqz eñ vel vnũ quantulũcũqz remanet: qđ nõ remittatur: sed quẽadmodũ aliud est carere febribus: aliud ab infirmitate que febribus facta ẽ reualescere. Itemqz aliud ẽ infirũ telum de corpore demere: aliud vulnꝰ qđ eo factũ ẽ scda curatiõe sanare. ita ꝑma curatio est cãm remouere languoris: qđ ꝓ oim fit idulgentiã pctoꝝ. secũda ipm sanare lãguorẽ: qđ fit paulatim ꝓficiẽdo i renouatione huiꝰ imaginis: Que demõstrant
Ps.102 in psalmo: vbi legit: Qui ꝓpitꝰ fit oibus iniqtatibꝰ tuis: qđ fit in baptismo. Deinde
Ibidem. seqt: Qui sanat oẽs languores tuos: qđ fit quotidianis accessibꝰ: cũ hec imago renouat. De qua re apls aptissime locutus ẽ dicẽs: Et si exterior hõ noster corrũpit: ẽ in-
2.Cor.4 terior renouat de die in diẽ. Renouat aũt
Col.3 in agnitionẽ dei: hoc ẽ in iusticia ꝛ sanctita-
Ephe.4 te veritatꝭ. sicut se se habẽt apostolica testimonia: q̃ pauloante cõmemorauimus. In agnitiõe igit dei: iusticiaqz ꝛ sanctitate veritatis: q̃ de die in diẽ ꝓficiẽdo renouat: transfert amorẽ a tpalibus ad eterna: a visibilibus ad intelligibilia: a carnalibꝰ ad spiritualia: atqz ab istis cupiditatem frenare atqz minuere: illisqz se caritate alligare diligenter insistit. Tantũ autẽ facit: quantũ diuinitus adiuuat. Dei quippe sentẽtia est: Si
Joh.15. ne me nihil potestis facere. In q̃ ꝓfectu et accessu tenentẽ mediatoris fidẽ cũ dies vite huiꝰ vltimus quẽqz cõpererit: perducẽdus ad deum quẽ coluit: ꝛ ab eo perficiendus excipietur ab angelis sanctis incorruptibile corpus in fine seculi: nõ ad penã ꝟ ad gloriã recepturus. In hac quippe imagine tunc perfecta erit dei similitudo: quãdo dei perfecta erit visio. De q̃ dicit apls
1.Cor.13 paulus: Tunc autẽ facie ad faciẽ. Itẽ dicit:
2.Cor.3 Nos autẽ reuelata facie gloriã domini contem-

plantes: in eandē imaginē transformamur de gloria in gloriaz: tanq̄ a dñi spū. hoc est qd̄ fit de die in diē bene ꝓficiētib⁹. Aplus
j. Joh. 3 autē ioannes: Dilectissimi inquit nunc filij dei sum⁹: et nondū apparuit qd̄ erim⁹. Scimus qr cuz apparuerit similes ei erim⁹: qm̄ videbim⁹ eū sicuti est. Hinc apparet tūc in ista imagine dei fieri eius plenā similitudinem: qñ eius plenā perceperit visionem.

Posse etiam hominem corpore imaginē dei accipi: scd̄z quod verbum caro factum est: cuius īmortalitati omnes sancti conformabūtur. Capitulū. xviij

Quamquā possit hoc a ioāne aplo etiā de īmortalitate corporis dictū videri. Et in hac quippe similes erim⁹ deo: sed tantūmō filio: qr solus in trinitate corpus accepit: in quo mortu⁹ resurrexit: atq̄ id ad superna peruexit. Nam dicit etiā ista imago filij dei: in qua sicut ille īmortale corpus habebim⁹: conformes facti in hac parte: non patris imaginis: aut spūssancti: sed tantūmō filij: qr de hoc solo legit: et fide sa-
Joh. j nissima accipit: Verbum caro factum est.
Roma. 8 Propter quod aplus: Quos autē inquit presciuit ⁊ p̄destinauit cōformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse primogenit⁹ in mul-
j. Cor. j5 tis fratrib⁹. Primogenit⁹ vtiq̄ a mortuis: ꝑm eūdē aplm: qua morte seminata est caro eius in contumelia: resurrexit in gloria. Scd̄m hanc imaginē filij cui per īmortalitatē cōformamur in corpore: etiā illud agi-
Ibidem. mus quod dicit idem aplus: Sicut portauimus imaginē terreni: portem⁹ ⁊ imaginē eius qui de celo est: vt scilicz qui ꝑm adam mortales fuim⁹: ꝑm christū īmortales nos futuros fide vera ⁊ spe certa: firmaq̄ teneamus. Sic enī nunc eandē imaginē portare possumus: nondū in visione: sz in fide. nōdum in re: sz in spe. De corpis quippe resurrectiōe tūc loquebat aplus: cū hec diceret.

Qua sui parte hō ad imaginē ⁊ similitudinē dei factus sit: ad quā proficiēdo renouat. Ca. xix.

At vero illa imago de qua dictum
Gene. j est: Faciamus hominē ad imaginē et similitudinē nostrā: qr non dictū est ad meā: vel ad tuā: ad imaginē trinitatis factum hominē credim⁹: et quanta potuim⁹ inuestigatōe cōprehendim⁹. Et ideo ꝑm hanc potius et illud intelligēdū est: qd̄
j. Joh 3 ait aplus ioannes: Similes ei erimus: qm̄ videbimus eum sicuti est: qr de illo dixit de quo dixerat: filij dei sumus. Et īmortalitas Ibidem.
carnis illo perficiet momēto resurrectiōis: de quo ait aplus paulus: In ictu oculi: in j. Cor. j5
nouissima tuba: et mortui resurgēt incorrupti: et nos īmutabimur. In ipso nāq̄ ictu oculi ante iudiciū resurget in virtute: in incorruptōe: in gloria corpus spiritale: quod nunc seminat in infirmitate: corruptiōe: cōtumelia corpus animale. Imago vero que renouat in spiritu mētis in agnitiōe dei: nō exterius sz interius de die in diem ipsa perficiet visione: que tunc erit post iudiciū: fa- j. Cor. j3
cie ad faciē: nunc autē proficit per speculū in enigmate. Propter cuius perfectionē dictum intelligēdū est: similes ei erim⁹: quo- j. Joh. 3
niā videbim⁹ eum sicuti est. Hoc enī donū tūc nobis dabit: cū dictū fuerit: Venite be- Math. 25
nedicti patris mei: possidete paratū vobis regnū. Tunc quippe tollet impius vt nō videat claritatem dñi: quādo ibunt sinistri in suppliciū eternum: euntibus dextris in vitam eternā. Hec est autē (sicut ait veritas) Joh. j7
vita eterna: vt cognoscāt te inquit vnū verum deū: et quē misisti iesum christū. Hanc cōtemplatiuā sapientiā quā ꝓprie puto in litteris sanctis a scientia distinctā: sapientiam nūcupari: dūtaxat hominis: que quidem illi nō est: nisi ab illo cui⁹ participatōe vere sapiēs fieri mēs ratiōalis ⁊ intellectualis potest: Cicero cōmēdās in fine dialogi hortēsij. que nobis inquit dies noctesq̄ cōsiderantib⁹ acuentibusq̄ intellligentiā que est mentis acies: cauētibusq̄ nequādo illa hebescat. id est in philosophia viuētib⁹ magna spes est. Aut si hoc quod sentim⁹ et sapim⁹ mortale ⁊ caducū est: iocundū nobis perfunctis muneribus humanis occasum: neq̄ molestam extinctionē: et quasi quietē vite fore. Aut si vt antiquis philosophis hisq̄ maximis longeq̄ clarissimis placuit: eternos animos ac diuinos habem⁹: sic existimandū est quo magis hi fuerint semper in suo occursu. id est in ratione ⁊ inuestigādi cupiditate: et quo min⁹ se admiscuerint atq̄ implicuerint hominū vitijs et errorib⁹ hoc vel his faciliorē ascensum ⁊ reditum in celū fore. Deinde addēs hanc ipsam clausulam repetendoq̄ sermonē finiens. quapropter inquit vt aliqñ terminet oratio. si aut extingui trāquille volum⁹ cū his artub⁹ vixerim⁹: aut si ex hac in aliā haud paulo meliorē domū sine mora demigrare: in his studijs nobis om̄is opa ⁊ cura ponēda est.

Hoc miror hominē tāti ingenij: perfunctis nuneribꝰ humanis: hominibꝰ in philosophia viuentibꝰ: que cōtemplatōe veritatis beatos facit: iocundū ꝓmittere occasum: si hoc quod sentimꝰ et sapimꝰ mortale et caducū est: quasi hoc moriaꝫ et intercidat qō non diligebamꝰ: vel potius quod atrociter oderamꝰ: vt iocundus nobis sit eius occasus. Uerū hoc nō didicerat a philosophis quos magnis laudibꝰ predicat: sz ex illa noua academia vbi ei dubitare etiā de rebus manifestissimis placuit: ista sententia redolebat. A philosophis aūt sicut ipse cōfitetur maximis longeqz clarissimis: eternos animos esse acceperat. Eterni quippe nō incōueniēter hac exhortatōe excitanꝫ: vt in suo cursu reperianꝫ cū venerit vite huꝰ extremū. id est in rōne ⁊ inuestigādi cupiditate: minusqz se admisceāt atqz implicēt hoīm vitijs et erroribus: vt eis facilior sit regressus ad dēū. Sz iste cursus qui ꝓstituit in amore atqz inuestigatiōe veritatis: nō suffecit miseris. id est hominibꝰ: cū ista sola ratiōe mortalibꝰ sine fide mediatoris. Qō in libris superioribꝰ huius operis maxime in quarto et. xiij. quantū potui demōstrare curaui.

Explicit liber quartusdecimus.

Incipiūt capitula libri quintidecimi.

j De excellentia animi ad imaginem creatoris sui conditi.

ij De summo bono quod semp inueniendū quetiꝫ ⁊ querēdū inueniꝫ.

iij Quid disputatum: quidue sit comprehensum precedētiū ratiocinatione librorum.

iiij In quarū rerum cōtemplatiōe summa trinitas inquirenda sit.

v Omnia que de deo digne dici videnꝫ posse in pauciora conferri. vt nihil minus dictū intelligaꝫ.

vj Quomodo etiam si vnū aliquid eligatur ex multis: quod digne appelleꝫ deus in vna ipa appellatiōe trinitas deitatis possit intelligi.

vij Quo differat trinitas q̄ inueniꝫ in imagine dei a trinitate q̄ deus est.

viij De speculo in quo per imaginē dei trinitas eius vtcūqz intellecta cōspicitur.

ix De enigmate et tropicis locutionibus.

x Quomodo per inspectionem verbi quod est in cogitatione mentis humane ad agnitionē verbi quod deus est aliquatenꝰ possit accedi.

xj Sicut verbum hominis significaꝫ per vocem vel quodlibet indiciū corpale: ita verbū dei manifestatum esse per carnē.

xij Quantū distent a vera ⁊ pfecta similitudine dei que in natura mentis vtcūqz deo similia repperiunꝫ.

xiij De scientia dei patris cui nihil cuiusqz creature indicijs cōferaꝫ.

xiiij De similitudine ⁊ equalitate patris dei et vnigeniti eius consubstantialis et coeterni.

xv Qz dissimile sit verbū nostrū mutabile: a verbo dei incōmutabili et eterno.

xvj An volubilitas cogitatiōis deo inesse credenda sit.

xvij De spūsctō qui patri et filio equalis accipiꝫ ⁊ vtriusqz spūs dicitur ⁊ caritatis noīe intelligiꝫ: cū quelibet in trinitate ꝑsona sit caritas.

xviij De excellentia caritatis que ita ex deo est vt ipse sit deus.

xix Qua ratione donū dei dicatur spiritussanctus.

xx Contra eos qui vnigenitū dei non paterne nature sed voluntatis filium esse dixerunt.

xxj De similitudinibꝰ trinitatis diuine que in natura mentis ad imaginē dei facte reperiri vtcūqz potuerūt.

xxij Tria que sunt in imagine dei. id est memoria intellectꝰ et amor vnius esse persone quia nō hoc est ei esse qō hec habere.

xxiij Qz vera in dei trinitate vnitas: ⁊ qz vera in eiusdē vnitate sit trinitas.

xxiiij De his qui naturā mentis subtiliter intuentur: ⁊ eam imaginem dei esse non sentiunt.

xxv Qz beatos faciat fides recta: etiam eos q̄ de naturis incorporeis nequeunt disputare.

xxvj Interualla temporū diuine trinitatis nulla sunt.

xxviij Quid quodā sermone ad populū disputatū sit de differētia generatiōis filij ⁊ ꝓcessionis spūssancti.

Incipit liber quintusdecimus.

De excellentia animi ad imaginem creatoris sui conditi. Ca. j.

Volentes in rebus que facte sunt ad cognoscendum eũ a quo facte sunt: exercere lectorẽ: iam peruenim⁹ ad eius imaginẽ quod est hõ: in eo quo ceteris animalibus antecellit. id est ratiõe vel intelligentia: et quicquid aliud de anima rationali vel intellectuali dici põt: quod pertineat ad eam rem que mens vocat̃ vel animus. Quo nomine nõnulli auctores lingue latine. id quod excellit in hoĩe ⁊ non est in pecore ab anima que inest et pecori: suo quodam loquẽdi more distinguũt. Supra hãc ergo naturã si querim⁹ aliquid et verũ querimus: deus est: natura scz non creata: sed creatrix: que vtrũ sit trinitas: non solũ credentib⁹ diuine scripture auctoritati: verũ etiã intelligentib⁹: aliqua si possum⁹ ratione iam demõstrare debem⁹. Cur autẽ si possum⁹ dixerim res ipsa cũ queri disputando ceperit: melius iudicabit.

De summo bono quod semper inueniendũ queritur ⁊ querẽdum inuenitur. Capi. ij.

Deus quippe ipse quem querim⁹ adiuuabit: vt spero: ne sit infructuosus labor noster: ⁊ intelligam⁹ quẽadmodũ
Ps. jo 4 dictũ sit in spalmo sctõ: Letetur cor querẽtium dominũ: querite dñm et confirmamini: querite faciẽ eius semper. Videtur enĩ quod semp̃ querit̃: nunq̃ inueniri. et quomodo iam letabit̃: et non potius iam cõtristabit̃ cor querentiũ: si nõ potuerint inueni
Ubi. s. re qd̃ querit̃: Non enĩ ait: letet̃ cor inueniẽtium: sed querentiũ dñm: et tamẽ dñm deũ inuenire posse dum querit̃: testatur Esaias
Esa. 55 ꝓpheta dum dicit: Querite dñm ⁊ mox vt inueneritis inuocate eũ: ⁊ cũ appropinquauerit vobis: derelinquat impius vias suas: et vir iniquus cogitationes suas. Si ergo
Ps. jo 4 quesitus inueneri põt: cur dictũ est. querite faciẽ eius sp̃: an et inuẽtus forte querẽdus est: Sic enĩ sunt incõprehensibilia requirẽda: ne se existimet nihil inuenisse: q̃ q̃ sit incõprehensibile qd̃ querebat potuerit inuenire. Cur ergo sic querit: si incõprehensibile cõprehendit esse qd̃ querit: nisi q̃a cessandum non est q̃diu in ipsa cõprehensibiliũ rerũ inquisitiõe proficit̃: et melior meliorq̃ fit querẽs: tam magnũ bonũ qd̃ ⁊ inueniẽdũ querit̃: et querẽdũ inuenit̃: Nam ⁊ queritur vt inueniat̃ dulcius: et inuenit̃ vt queratur auidius. Scd̃m hoc accipi potest: qd̃ dictũ est in libro ecclesiastico dicere sapiẽtiam: Qui me manducãt adhuc esurient. Eccli. 24
et qui bibunt me adhuc sitient. Manducant enĩ et bibunt qr inueniũt: ⁊ qr esuriunt ac sitiunt adhuc querũt. Fides querit: intellect⁹ inuenit. Porpter qd̃ ait ꝓpheta. Nisi credideritis: nõ intelligetis. Et rursus. Intellectus eum quem inuenit: adhuc querit.
Deus enĩ respexit sup̃ filios hominũ: sicut Ps. j3
in psalmo sacro canit̃: vt videret si est intelligens aut requirẽs deũ. Ad hoc debet homo esse intelligẽs vt requirat deum. Satis itaq̃ rememorati fuim⁹ in his que deus fecit: vt per ea cognosceret̃ ipse qui fecit. Inuisibilia enĩ eius per ea que facta sunt intel Roma. j
lecta cõspiciũtur. Unde arguũtur in libro Sap. j3
sapiẽtie qui de his que vident̃ bona nõ potuerunt scire eũ qui est: neq̃ operib⁹ attendentes agnouerũt artificem: sz aut ignem: aut spiritũ: aut citatũ aerem: aut gyrum stellarum: aut violentiã aquarũ: aut luminaria celi: rectores orbis terrarũ deos putauerunt: quorũ quidem si specie delectati hec deos putauerũt: sciant quanto dominator
eorũ melor est. Speciei enim generator ea Ibidem.
creauit. Aut si virtutẽ et operationẽ eorum mirati sunt: intelligãt ab his quãto qui hec cõstituit fortior est. A magnitudine enĩ speciei et creature: cognoscibiliter poterit creator videri. Hec de libro sapientie ꝓpterea posui: ne me fideliũ quispiã frustra ⁊ inaniter existimet in creatura prius per quasdaz sui generis trinitates quodã mõ gradatim donec ad mentẽ hominis peruenirẽ: quesisse indicia summe illius trinitat̃: quã querimus: cum deum querimus.

Quid disputatũ quid ve sit cõprehensum precedentiũ ratiocinatione librorum. Capi. iij.

Sed quoniã disserendi et ratiocinãdi necessitas per quattuordecim libros multa nos dicere compulit: que cuncta simul aspicere non valemus: vt ad id qd̃ apprehẽdere volum⁹ ea celeri cogitatiõe referam⁹: faciã quantũ dño adiuuãte potuero: vt quicquid in singulis voluminib⁹ ad cognitionẽ disputatiõe perduxi remota disputatiõe breuiter cõgerã: et tãq̃ sub vno mẽtis aspectu: nõ quẽadmodũ res queq̃ persuasit: sz ipsa que p̃suasa sunt ponam: ne tam lõge sint a p̃cedẽtib⁹ cõsequẽ-

tia: vt obliuionē p̄cedentiū faciat inspectio ꝓsequētiū. aut certe si fecerit: cito poſſit qđ excidert relegēdo recolligi. In p̄mo libro ꝑm scripturas sacras: vnitas et equalitas summe illius trinitatis ostēdit. In. ij. et. iij. et. iiij. eadē: sed de filij missione et spūſſancti diligenter questio ptractata: tres libros fecit. Demonſtratūq̄ est: non ideo minorē mittētem eo qui missus est. qz ille misit: hic missus est: cum trinitas que per oīa equalis est: pariter quoq̄ in sua natura immutabilis: et inuisibilis: et vbiq̄ p̄sens inseparabiliter operet. In. v. ꝓpter eos quib⁹ ideo videt nō eandē patris et filij esse substantiā: qz oīne qđ de deo dicit: ꝑm substantiā dici putāt. et ꝓpterea et gignere et gigni vel genitū esse et ingenitū: qm̄ diuersa sunt: cōtendūt substantias esse diuersas: demōstrat non oīne qđ de deo dicit ꝑm substantiam dici: sicut ꝑm substantiā dicit bonus et magnus: et si quid aliud ad se dicit: sed dici etiā relatiue. id est nō ad se sed ad aliquid qđ ipse nō est: sicut pater ad filiū dicitur: vel dñs ad creaturā sibi seruientē: vbi si quid relatiue: id est ad aliquid qđ ipse nō
Pg. 89 est etiaz ex tpe dicit. sicuti est: Bñe refugiū factus es nobis: nihil ei accidere quo mutetur: sz oīnino ipsum in natura vel essentia sua imutabilē pmanere. In. vj. quomō dictus sit xp̄s oze aplico: dei virtus et dei sapiētia: sicut disputat: vt differat eadē questio diligētius retractāda: vtrū a quo est genit⁹ xp̄s nō sit ipse sapiētia: sz tantū sapiētie pater: an sapientia sapiētiā genuerit: sz quodlibet hoz esset: etiā in hoc libro apparuit trinitatis equalitas: et nō deus triplex: sz trinitas: nec quasi aliquid duplū esse patrē et filiū ad simplū spīm̄sctm̄: vbi nec tria plus aliquid sūt q̄ vnū hoz. Disputatū est etiā quomō possit intelligi qđ ait hilarius eps. Æternitas in p̄ze: species in imagine: vsus in munere. In. vij. questio que dilata fuerat explicat: ita vt deus qui genuit filiū: nō solū sit pater virtutis et sapiētie sue: sz etiaz ipse virtus atq̄ sapiētia. Sic et spūſſctūs. Nec tñ simul tres sunt virtutes: aut tres sapientie: sz vna virtus: et vna sapiētia: sicut vnus deus: et vna essentia. Deinde quesitum est: quō dicant vna essentia: tres persone: vel a quibusdā grecis vna essentia: tres substātie: et inuenta est elocutiōis necessitate dici: vt aliquo vno noīe enunciarent: cū querit: qđ tres sint: q⁹ tres esse veraciter ꝓfitenur: patrē sz et filiū et spīm̄sctm̄. In. viij. rōne etiā reddita intelligentib⁹ clarus est in substantia veritatis nō solū patrē filio non esse maiorē: ꝙ nec ambos simul aliquid maius eē q̄ solū spīm̄sctm̄: aut quoslibet duos in eadē trinitate maius esse aliquid q̄ vnū. aut oīes simul tres maius aliquid esse q̄ singulos. Deinde per veritatē q̄ intellecta cōspicit: et per bonū summū a quo est oīne bonū: et per iusticiā ꝓpter quā diligit animus iustus. ab animo etiā nondū iusto: vt natura non solū incorpalis: verūetiā incōmutabilis qđ est deus quantū fieri pōt intelligeret admonui: et per caritatē q̄ in scripturis sanctis deus dictus est q⁹ quā cepit: vtcunq̄ etiaz trinitas intelligētib⁹ appareret: sicut amans et qđ amat: et amor. In. ix. ad imaginē dei qđ est hō ꝑm mentē peruenit disputatio: et in ea quedā trinitas inuenitur. id est mens et noticia: qua se nouit: et amor quo se noticiāq̄ suā diligit. et hec tria equalia inter se et vnus ostēdunt essentie. In. x. hoc idē diligētius subtiliusq̄ tractatum est: atq̄ ad id ꝓductū: vt inueniret in mente euidētior trinitas eius: in memoria sz et intelligētia et volūtate. Sed qm̄ et hoc compertū est: q⁹ nunq̄ esse ita potuerit: vt mens nō sui meminisset: nō se intelligeret et diligeret: q̄uis nō semp se cogitaret. Cum aūt se cogitaret: nō se a corpalib⁹ rebus eadem cogitatiōe discerneret: dilata est de trinitate cuius hec imago est disputatio: vt in ipis etiā corpalib⁹ visis inueniret trinitas: et distinct⁹ in ea lectoris exerceret intētio. In. xj. ergo elect⁹ est sensus oculoz: in quo id qđ inuentū est etiam in ceteris quattuoz sensib⁹ corpis et non dictū posset agnosci: atq̄ ita exterioris homis trinitas: primo in his q̄ cernunt extrinsecus: ex corpe sz qđ videt: et forma q̄ inde in acie cernētis imprimit: et vtrūq̄ copulātis intētiōe voluntatis apparuit. Sz hec tria nō inter se equalia: nec vni⁹ eē substātie claruerūt. Deinde in ipo animo ab his q̄ extrinsecus sensa sūt velut introducta inuēta est altera trinitas: vbi appareret eadē tria vni⁹ esse substātie. Imaginatio corpis que in memoria est: et inde informatio cū ad eā cōuertit acies cogitātis: et vtrūq̄ cōiungēs intētio voluntatis. Sed ideo ista trinitas ad exteriorē hominē reperta est ptinere: qz de corpib⁹ illata est q̄ sentiunt extrinsecus. In. xij. discernenda visa est sapientia a scientia: et in ea q̄ ꝓpie sciētia nūcupat: qz inferior est: prius quedā sui generis trinitas inquirēda. Que

licet ad interiorē hoiem iam ptineat: nōdū
thi imago dei vel appellāda sit vel putāda.
Et hoc agit̄ in. xiij. per cōmēdationē fidei
xp̄iane. In. xiij. aūt de sapiētia hois vera.
id est de munere in eius ipsius dei partici-
patione donata: que a scientia distincta est
disputat̄. Et eo puenit disputatio vt trini-
tas appareat in imagine dei qđ est hō: ſm
Colo.3 mentem: que renouat̄ in agnitione dei: ſm
Gene.j imaginē eius qui creauit hominē ad imagi
nem suā: et sic percipit sapientiā vbi cōtem
platio est eternorum.

¶ In quaꝝ rez cōtemplatōe sum-
ma trinitas inquirēda sit. Ca. iiij.

Am ergo in ipsis rebus eternis in-
corpalibꝰ ꝛ incōmutabilibꝰ in qua
rum perfecta cōtemplatiōe nobis
beata q̄ nō nisi eterna est vita ꝓmittit̄: trini
tatē que deus est inquiramꝰ. Necꝫ enī diui
norū librorꝫ tantūmō auctoritas esse dꝫ
p̄dicat: sed oīs que nos circūstat ad quā
nos etiā pertinemꝰ vniuersa ipsa rerū natu
ra proclamat habere se p̄stātissimū cōdi-
torē: qui nobis mentē rationēꝫ naturalem
dedit: qua viuētia nō viuentibꝰ sensu p̄e-
dita nō sentiētibꝰ: intelligēna nō intelligēti
bus: īmortalia mortalibꝰ: impotentibꝰ po-
tentia: inuſtis iusta: speciosa deformibus:
bona malis: incorruptibilia corruptibilibꝰ:
īmutabilia mutabilibꝰ: inuisibilia visibili-
libus: incorpalia corpalibꝰ: beata miseris
p̄ferēda videamꝰ. Ac ꝓ hoc cū rebus crea
tis creatorē sine dubitatiōe ꝓponimꝰ: opor
tet vt eū et sūme viuere ꝛ cūcta sentire atꝫ
intelligere: et mori: corrumpi: mutariꝫ nō
posse. nec corpus esse: sed spm̄ oīm poten-
tissimum: iustissimū: speciosissimū: optimū:
beatissimūꝫ fateamur.

¶ Oīa q̄ de deo digne dici vidē
tur posse in paucora cōferre vt ni-
hil miꝰ dictū intelligat̄. Ca. v.

Ad hec oīa que dixi: et quecūꝫ
alia simili more locutiōis humane
digne ꝛ de deo dici videnꝰ: ꝛ vniuer
se trinitati que est vnus deus: et p̄sonis sin-
gulis in eadē trinitate cōueniūt. Quis enī
vel vnū deū qđ est ipa trinitas: vel patrē vꝫ
filiū: vel spm̄ spūmsctm̄ audeat dicere: aut
nō viuentē: aut nihil sentientē vel intelligē
tem: aut in ea natura qua inter se p̄dicant̄:
equales quēcꝫ esse eoꝝ mortalē siue corru-
ptibilem: siue mutabilē: siue corporeū. aut
quiscꝫ ibi neget aliquē potētissimū: iustissi-
mum: speciosissimū: optimū: beatissimū? Si
ergo hec atꝫ hmōi oīa: et ipsa trinitas: ꝛ
in ea singuli dici possunt: vbi aut quō trini-
tas apparebit: redigamꝰ itaꝫ prius hec plu
rima ad aliquā paucitatē. Que vita enī di
cit̄ in deo: ipsa est essentia eius atꝫ natura.
Non itaꝫ deus viuit nisi vita qđ ipse sibi
est. Hec aūt vita nō talis ē: qualis inest ar-
bori: vbi nullus est intellectꝰ: nullus est sen
sus. nec talis qualis inest pecori. habet enī
vita pecoris sensum quinquiptitū: ſz intel-
lectū habz nullū. At illa vita q̄ deus est sen
tit atꝫ intelligit oīa: ꝛ sentit mēte nō cor-
pore: qz spūs est deus. Non aūt sicut aīalia
q̄ habēt corpa: ꝓ corpus sentit aia. Nō enī
ex aīa constat ꝛ corpore. Ac ꝓ hoc simplex
illa natura sicut intelligit sentit: sic sentit in-
telligit. Idemꝫ sensus qui intellectꝰ est illi.
Nec ita vt aliqñ eē dēsistat: aut ceperit. Im
mortalis est enī: nec frustra de illo dictū est
q̄ solus habeat īmortalitatē. Nā īmortali-
tas eius vere īmortalitas est: in cuiꝰ natura
nulla est cōmutatio. Ipsa est etiā vera eter
nitas q̄ est īmutabilis deus sine initio: sine
fine ꝙsequēter ꝛ incorruptibilis. Una ergo
eademꝫ res dicit̄ siue dicat̄ eternus deus:
siue īmmortalis: siue incorruptibilis: siue
īmutabilis. Itemꝫ cū dicit̄ viuēs ꝛ intelli
gēs: qđ est vtiꝫ sapiēs: hoc idē dicit̄. Non
enī percipit sapiētiā q̄ sit sapiēs: ſz ipe sapiē
tia est. Et hec vita eadēꝫ virtus siue potē-
tia: eadēꝫ species q̄ potēs atꝫ speciosus
dicit̄. Quid enī potētius ꝛ speciosius sapiē
tia: que attingit a fine vſꝫ ad finē fortiter: Sap. 8
ꝛ disponit oīa suauit̄? Bonitas etiā atꝫ
iusticia nunqđ inter se in natura dei: sicut in
ceꝰ opibꝰ distāt: tanꝫ due diuerse sint q̄lita
tes dei: vna bonitas: alia iusticia? Nō vtiꝫ.
Sz q̄ iusticia ipsa bonitas: ꝛ q̄ bonitas ipa
beatitudo. Incorpalis aūt vel incorporeꝰ
ideo dicit̄ deus: vt spūs credat̄. vel intelli-
gat̄ eē nō corpus. Proinde si dicamꝰ: eter
nus: immortalis: incorruptibilis: inmutabi-
lis: viuus: sapiēs: potēs: speciosus: iustus:
bonus: btūs spūs. horū oīm nouissimū qđ
posui: q̄si tantūmō videt̄ significare substā
tiā. cetera vo huiꝰ substātie qualitates. sed
nō ita est in illa ineffabili simpliciꝫ natura.
Quicquid enī ſm qualitates illi dici vide-
tur: ſm substantiā vel essentiā est intelligen
dum. Absit enī vt spūs ſm substantiā dica
tur deus: et bonus ſm qualitatē. ſz vtrūꝫ
ſm substantiā. Sic oīa cetera q̄ cōmemo
rauimꝰ. vnde in superioꝝ libris multa iā

diximus. De quattuor igit̄ primis que mō a nobis enumerata atq; digesta sunt. id est eternus: imortalis: incorruptibilis: imutabilis: vnū aliq̄d eligam⁹: q̄a vnū quattuor ista significāt. sicut iam disserui: ne p multa distendat intētio: et illud potius qō positū est prius. id est eternus: hoc faciamus t de quattuor secūdis: que sunt: viuus: sapiēs: potens: speciosus. Et qm̄ vita qualicunq; ineſt t pecori cui sapiētia nō ineſt. duo vero ista sapiētia scz atq; potētia ita sunt inter se in hoīe cōparata: vt sctā scriptura dice-
Sap. 6 ret: Melior est sapiens q̄ fortis. Speciosa porro etiā corpora dici solent. Vnū ex his quattuor qō eligim⁹: sapiēs eligatur: q̄uis hec quattuor in deo non inequalia dicēda sint. Nomia enī quattuor. res aūt vna est. De tertijs vero vltimis quattuor q̄uis in deo idē sit iustum esse qō bonū: qō beatū. Idemq; spm̄ esse: qō iustū et bonū t beatū esse: tm̄ qz in hominib⁹ pōt esse spūs nō beatus: pōt t iustus t bonus nōdū btūs. Qui vero btūs est: profecto et iustus t bonus t spūs est: hoc potius eligam⁹ qō nec in hominib⁹ esse sine illis trib⁹ pōt: qō est btūs.

¶ Quō etiā si vnū aliq̄d eligat ex multis qō digne appellet deus: in ipa vna appellatoe trinitas deitatis possit intelligi. ¶ Ca. vj.

Nunc igit̄ cum dicim⁹ eternus: sapiens: beatus. hec tria sūt trinitas que appellat deus. Redigam⁹ q̄dē illa duodecim in istam paucitatē triū: sz eo mō forsitan possum⁹ et hec tria in vnū aliquid hoz. Nam si vna eadēq; res in dei natura pōt esse sapiētia t potētia: aut vita t sapientia: cur nō vna eadēq; res esse possit in dei natura eternitas t sapiētia: aut beatitudo t sapiētia: Ac per hoc sicut nihil intererat vtrū illa duodecim: an ista tria dicerem⁹: qm̄ illa multa in istam redigim⁹ paucitatem. Ita nihil interest vtrū tria ista dicamus: an illud vnū in cui⁹ singularitate duo cetera similiter redigi posse mōstrauimus. Quis itaq; disputādi modus: que nā tandem vis intelligēdi atq; potētia: que viuacitas ratiōis: que acies cogitatōis ostēdet: vt alia iam taceā: hoc vnū qō sapiētia dicitur deus: quomō sit trinitas: Neq; enī sicut nos de illo pcipim⁹ sapiētiā: ita deus de aliquo: sz sua est ipse sapiētia: qz non est aliud sapiētia eius: aliud essentia: cui hoc est esse qō sapiētē esse. Dicit q̄dē in scripturis sanctis: christus dei virtus: et dei sapiētia. Ex quēadmodū sit intelligēdū: ne patrē filius videat facere sapientē. in libro. vj. disputatū est. Et ad hoc ratio puenit: vt sic sit filius sapiētia de sapiētia: quēadmodū lumē de lumine: deus de deo. Nec aliud potuim⁹ inuenire spm̄sctm̄: nisi t ipm̄ esse sapiētiā: t simul omnes vnā sapientiā: sicut vnū deum: vnā essentiā. Hanc ergo sapiētiā quod est deus: quō intelligim⁹ esse trinitatē nō dixi: quō credim⁹ (nam hoc inter fideles nō debet habere questionē) ꝑ si aliquo mō per intelligētiā possum⁹ videre qō credim⁹: quis iste erit modus: Si enī recolam⁹ vbi nostro intellectui ceperit in his libris trinitas apparere: octauus occurrit. Ibi quippe vt potuim⁹ disputādo erigere temptauim⁹ mentis intentionē ad intelligēdā illā prestantissimā imutabilē naturā qō nr̄a mens nō est. Quā tm̄ sic intuebamur: vt nec longe a nobis esset: et supra nos esset: nō loco: sed ipa sui venerabili mirabiliq; prestantia: ita vt apud nos esse suo presenti lumine videret. In qua tm̄ nobis adhuc nulla trinitas apparebat: qz nō ad eā querēdā in fulgore illo firmā mentis aciem tenebam⁹: tantū qz non erat aliqua moles vbi credi oporteret magnitudinē duoruz vel trium plus esse ꝑ vnus: cernebam⁹ vtcunq;. Sed vbi ventum est ad caritatez que in sancta scriptura deus dicta est: eluxit paululū trinitas. id est amās: et qō amat: et amor. Sed qz lux illa ineffabilis nr̄m reuerberabat obtutuz: et ei nōdū posse cōtemperari nr̄e mētis quodā mō quincebat infirmitas: ad ipsius nr̄e mētis: ꝑm quā fact⁹ est hō ad imaginē dei: velut familiariorē cōsiderationē reficiēde laborātis intentiōis causa: iter ceptū disposi tūq; reflexim⁹: Et inde in creatura qō nos sum⁹: vt inuisibilia dei p ea q̄ facta sunt cōspicere intellecta possem⁹: immorati sum⁹ a. ix. vsq; ad. xiij. libū. Et ecce iam quantum necesse fuerat: aut forte plusq; necesse fuerat: exercitata in inferioribus intelligētia: ad summā trinitatē q̄ deus est cōspiciendā nos erigere volum⁹: nec valem⁹. Non enī sicut certissimas vidim⁹ trinitates: siue que forinsecus de reb⁹ corpalib⁹ fiunt: siue cum eaipsa que forinsecus sensa sunt cogitant: siue cū illa que oriunt in animo nec ptinēt ad corpis sensus: sicut fides: sicut virtutes que sūt artes agende vite: manifesta ratione cernuntur et scientia cōtinent: siue cum mens ipsa qua nouimus quicquid nosse

j. Cor. j

j. Joh. 4

Gene. j

Roma. j

nos veraciter dicim⁹: sibi cognita est vel se cogitat: siue cū aliq̄d qđ ipsa nō est eternū atq; imutabile cōspicit. ¶Nō ergo sic in his omnib⁹ certissimas vidim⁹ trinitates: q; in nobis fiunt vel in nobis sunt: cū ista memini-nim⁹ aspicim⁹: volum⁹. ita videm⁹ etiā trinitatē deū: q; et illic intelligēdo cōspicim⁹ tanq̄ dicentē: et verbū eius. id est patrē et filiū. atq; inde ꝓcedētē caritatē vtriusq; cō munē scz spūmsctm̄. ¶An trinitates istas ad sensus nr̄os vel ad animū ptinētes videm⁹ potius q̄ credim⁹. deum vero esse trinitatē credim⁹ potius q̄ videm⁹? ¶Quod si ita est: ꝓfecto aut inuisibilia eius p ea q̄ facta sunt nulla intellecta cōspicim⁹: aut si illa cōspici mus: nō in eis cōspicim⁹ trinitatē: ⁊ est illic qđ cōspiciam⁹: et est qđ etiā nō ꝓspectū cre dere debeam⁹. ¶Conspicere aūt nos īmuta bile bonū qđ nos nō sum⁹. liber. viij. ostendit. et. xiij. cū de sapiētia q̄ homini ex deo est loquerem̄ admonuit. ¶Cur itaq; ibi nō agnoscim⁹ trinitatē? ¶An hec sapiētia q̄ deus dicit nō se intelligit: ñ se diligit? ¶Quis hoc dixerit: aut q̄s est qui nō videat: vbi nulla sciētia est: nullo mō esse sapiētiā? ¶Aut vero putandū est sapiētiā q̄ deus est scire alia et nescire seipam: vel diligere alia: nec diligere seipsam: que si dici siue credi stultū ⁊ impium est? ¶Ecce ergo trinitas sapiētia scz et noticia sui et dilectio sui. ¶Dic enī et in hoie inuenim⁹ trinitatē. id est mentē et noticiam qua se nouit: et dilectionē qua se diligit.

¶Quō differat trinitas que inuenit in imagine dei a trinitate que deus est. ¶Capi. vij.

¶Sed hec tria ita sunt in hoie: vt non ipsa sint hō. ¶Hō est enī vt veteres diffinierūt: animal rōnale mortale. ¶Illa ergo excellūt in hoie: nō ipsa sunt hō. ¶Et vna ꝑsona. id est singulus quisq; hō habet illa tria in mēte. ¶Qđ si etiā sic diffiniam⁹ hominē vt dicam⁹: ¶Homo est substātia rōnalis cōstans ex anima ⁊ corpe: nō est dubiū: ho minē habere aiam q̄ nō est corpus: habere corpus qđ nō est aia. ¶Ac p hoc illa tria nō hō sunt: sed hois sunt vel in hoie sunt. ¶Detracto etiā corpe: si sola aia cogitet: aliquid eius est mens tanq̄ caput eius vel oculus: vel facies: sed non hec vt corpa cogitanda sunt. ¶Non igit aia: sz qđ excellit in aia mēs vocat. ¶Nunquid aūt possum⁹ dicere trinitatem sic esse in deo: vt aliq̄d dei sit: nec ipsa sit deus? ¶Quapropter singulus quisq; hō q̄ nō fm omnia que ad naturā ptinēt eius: sed fm solā mētē imago dei dī. vna ꝑsona est: ⁊ imago est trinitatis in mēte. ¶Trinitas vero illa cui⁹ imago est: nihil aliud ē tota q̄ deus: nihil est tota q̄ trinitas. ¶Nec aliquid ad naturā dei ptinet qđ ad illā nō ptineat trinitatem. ¶Et tres ꝑsone sunt vnius essentie: non sicut singulus quisq; hō vna ꝑsona. ¶Itaq; in hoc magna distantia est: q; siue mentē dicam⁹ in hoie: eiusq; noticiā et dilectionē: siue memoriā: intelligentiā: voluntatē: nihil mentis meminim⁹ nisi per memoriā: nec intelligim⁹ nisi p intelligentiā: nec amam⁹ nisi p volūtatē. ¶At vero in illa trinitate quis audeat dicere patrem nec seipm nec filium nec spūmsctm̄ intelligere nisi per filiū: vel diligere nisi p spūmsctm̄. per se aūt meminisse tantūmō vel sui vel filij vel spūssancti. eodemq; mō filiū nec sui nec p̄ris meminisse nisi per patrē. nec diligere nisi p spūmsctm̄. per se aūt nō nisi intelligere ⁊ patrē ⁊ seipm et spūmsctm̄. ¶Similiter ⁊ spūmsctm̄ per patrē meminisse et p̄ris et filij et sui: et p filiū intelligere et patrē et filiū ⁊ seipm. per se aūt nō nisi diligere et se et patrē et filiū. tanq̄ memoria sit pater et sua et filij et spūssancti. filius aūt intelligētia et sua et p̄ris et spūssancti. ¶Spūs vero sctūs caritas et sua et p̄ris et filij. ¶Quis hec in illa trinitate opinari vl̄ affirmare p̄sumat? ¶Si enī solus sibi filius intelligit vt intelligētia sit: et sibi et patri et spiritui sctō: ad illā redit absurditatē vt pater nō sit sapiens de seipso sed de filio: nec sapientia sapiētiā genuerit: sed ea sapiētia pater dicat sapiēs esse quā genuit. ¶Ibi enī nō est intelligētia: nec sapientia potest esse. ac per hoc si pater nō intelligit ipse sibi: sed filius intelligit p̄ri: profecto filius patrē sapientē esse facit. ¶Et si hoc est deo esse qđ sapere: et ea illi essentia est que sapiētia: nō filius a p̄re quod verū est: ꝟ a filio potius habet pater essentiā: qđ absurdissimū atq; falsissimū est. ¶Hāc absurditatē nos in libro se ptimo discussisse: cōuicisse: abiecisse: certissimū est. ¶Est ergo deus pater sapiēs: ea qua ipse sua est sapiētia: et filius sapientia p̄ris de sapiētia qđ est pater: de quo genit⁹ est filius. ¶Quocirca cōsequēter est et intelligēs pater ea qua ipse sua est intelligentia. neq; enī esset sapiēs qui nō esset intelligēs. filius aūt intelligētia patris de intelligētia genitus qđ est pater. hoc et de memoria nō incōueniēter dici potest. ¶Quomō est enī sapiēs qui nihil meminit: vl̄ sui nō meminit? ¶Proinde q̄a sapiētia pater: sapiētia filius:

sicut sibi meminit pater: ita filius. ⁊ sic sui ⁊ filij meminit pater: memoria nō filij: sz sua. ita sui ⁊ pr̄is meminit filius memoria nō pr̄is sz sui. Dilectio quoq; vbi nulla est: qs vllā dicat esse sapientiā: Ex quo colligit ita esse pr̄i dilectionē suā: vt intelligētiā et memoriā suā. Ecce ergo tria illa. id est memoria: intelligētia: dilectio seu volūtas: in illa summa ⁊ īmutabili essentia qđ est deus: nō pr̄ ⁊ filius et spūssctūs sunt: sz pr̄ solus. Et qr filius quoq; sapiētia est genita de sapiētia. sicut nec pr̄ ei: nec spūssctūs intelligit: ꝟ ipe sibi. ita nec pr̄ ei meminit: nec spūssctūs ei diligit: sed ipse sibi. Sua enī est et ipe memoria: sua itelligētia: sua dilectio. Sz ita se habere: de pr̄e illi est de quo natus est. Spūs etiā sctūs qr sapiētia est, pcedēs de sapientia: nō patrē habet memoriā: et filiū intelligētiā: et se dilectionē. neq; enī sapiētia esset si alius ei meminisset: eiq; ali⁹ intelligeret: ac tātūmō sibi ipe diligeret. Sz ipse habet hec tria: et ea sic habet: vt hec ipsa ipse sit. Verūtn̄ vt ita sit: inde illi est vnde pcedit. Quis ergo hoim̄ pt istā sapiētiā qua nouit deus oīa: ita vt nec ea q̄ dicunt pterita: ibi ptereāt: nec ea que dicunt futura: quasi nō sint expectent vt veniant: sz et pterita ⁊ futura cum pr̄sentib⁹ sint cūcta pr̄sentia: nec singula cogitēt: ⁊ ab alijs ad alia cogitāda trāseat: sz in vno cōspectu simul presto sint vniuersa. Quis inquā hoim̄ cōprehēdit sapientiā: eandēq; pr̄uidētiā: eandēq; sciētiā: qñquidē a nobis nec nr̄a cōprehēdūt: Ea q̄pe que vel sensib⁹ vel intelligētie nr̄e assunt: possum⁹ vtcunq; cōspicere. ea vero q̄ absunt: et tn̄ affuerūt per memoriā nouim⁹ que obliti nō sum⁹. Nec ex futuris pterita: sed futura ex pteritis: nō tn̄ firma cognitōe conijcim⁹. Nam quasdā cogitatiōes nr̄as quas futuras velut manifesti⁹ atq; certius. proximas quasdā, pspicim⁹: memoria faciē te id agim⁹: cū agere valem⁹ quantū valemus: que ad ea nō videt q̄ futura sunt: sed ad pterita ptinere. Qđ licet experti in eis dictis vel canticis: quoꝝ serie memoriā reddim⁹. Nisi enī puderem⁹ cogitatiōe qđ sequit: non vtiq; dicerem⁹. Et tn̄ vt pudeamus: nō, puidētia nos instruit: ꝟ memoria. Nam donec finiat oīe qđ dicim⁹: siue canimus: nihil est qđ nō prouisum, pspectūq; pferat. Et tn̄ cū id agim⁹: nō dicimur prouidēter: sz memoriter canere vel dicere. et qui hoc in multis ita, pferēdis valēt plurimū: nō solet eoꝝ, puidētia: sz memoria prędicari. fieri ista in animo vel ab animo nr̄o nouim⁹: et certissimi sum⁹. Quō aūt fiant: quanto attentius voluerim⁹ aduertere: tanto magis noster ⁊ sermo succūbit: et ipa nō pdurat intentio: vt ad liquidū aliq̄d nr̄a intelligentia: ⁊ si nō lingua: pueniat. Et putamus nos vtrū dei, puidētia eadē sit que memoria ⁊ intelligētia: qui nō singula cogitāda aspicit: sz vna eterna ⁊ īmutabili atq; in effabili visione cōplectit cūcta que nouit: tanta mētis infirmitate posse cōprehēdere: In hac igit difficultate ⁊ angustia: libet exclamare ad deū viuū. Mirificata est sciētia tua ex me: inualuit: et nō potero ad illā. Ex me quippe intelligo q̄ sit mirabilis et incōprehensibilis sciētia tua: qua me fecisti: qñ nec meipm cōprehēdere valeo quē fecisti: et tn̄ in meditatiōe mea exardescet ignis vt queram faciem tuam semper. Ps.138 Ps.38

De speculo in quo per imaginē dei trinitas eius vtcūq; intellecta conspicitur. Ca. viij.

In corporalē substantiā scio esse sapientiā: et lumē esse in quo vident que oculis carnalib⁹ vident: et tn̄ vir tant⁹ tanq; spiritalis: Videm⁹ nūc inquit p speculum in enigmate: tunc aūt facie ad faciē. Quale sit et qđ sit hoc speculū si queram⁹: pfecto illud occurrit qđ in speculo nisi ima go nō cernit. Hoc ergo facere conati sum⁹ vt p imaginē hanc qđ nos sum⁹: videre⁹ vtcunq; a quo facti sum⁹: tanq; p speculū. Hoc significat etiā illud qđ ait idē aplūs. Nos aūt reuelata facie gloriā dn̄i speculātes: in eandē imaginē trāsformamur de gloria in gloriam tanq; a dn̄i spū. Speculātes dixit: p speculū videtes: nō despecula prospiciētes. Qđ in greca lingua nō est ambiguū: vnde in latinā trāslate sunt aplice lre. Ibi quippe speculū vbi apparēt imagines rerū a specula de cuius altitudine longius aliq̄d intuemur: etiā sono verbi distat oīno: satisq; apparet aplūm a speculo: non a specula dixisse: gloriā dn̄i speculātes. Qđ vero ait: In eādē imaginē trāsformamur: vtiq; imaginē dei vult intelligi. eandemq; dicēs: istā ipam sc̄z. id est quā speculamur: qr eadē imago est et gloria dei. sicut alibi dicit: Vir quidē nō debet velare caput: cū sit imago ⁊ gloria dei. De quib⁹ verbis iam in libro duodecimo disseruim⁹. Transformamur ergo dixit: de forma in formam mutamur: atq; trāsim⁹ de forma obscura in formā lucidā: qr et ipsa obscura imago dei est: j. Cor. j3 2. Cor. 3 Ubi. s. j. Cor. ij

et si imago. ꝑfecto etiã gloria: in qua hoies creati sumus: prestãtes ceteris animalib⁹.
1. Cor. 11 Be ipsa quippe natura humana dictũ est: Vir quidẽ non debet velare caput cuz sit imago ⁊ gloria dei. Que natura in rebus creatis excellentissima: cum a suo creatore ab impietate iustificat: a deformi forma formosaz trãsfert in formã. Est ꝗppe et in ipsa impietate quãtomagℓ dãnabile vitiũ: tãto certi⁹ natura laudabil. Et ꝓpter ꝫ addidit: Be gℓia i gloriã. de gℓia creatiõis: in gloriam iustificatiõis. Quis possit ꝫ ⁊ alijs modis intelligi: qđ dictũ est: de gℓia in gℓiaz. de gℓia fidei in gloriã speciei. de gloria qua filij dei sum⁹: in gℓiaz qua similes ei erimus: qm̃ videbim⁹ eũ sicuti est. Qđ vo adiũxit:
1. Joh. 3
2. Cor. 3 Tanqz a dñi spiritu: ostẽdit gℓa dei nobis ꝓferri tã optabilis trãsformatiõis bonũ.

Be enigmate et tropicis locutionibus. Ca. ix.

Hec dicta sũt ꝓpt qđ ait apls: nũc ꝫ p speculũ nos videre. Quia vero addit: in enigmate: mltis ꝫ icognitum est qui eas lras nesciũt: in quib⁹ est doctria q̃dã ꝺ locutionũ modis q̃s greci tropos vocãt: eoqz greco vocabulo etiã nos vtimur ꝓ latino. Sic eñ scemata vsitati⁹ dicim⁹ q̃ figuras: ita vsitati⁹ dicimus tropos q̃ modos. Singuloz autem modoz̃ siue tropoz noia: vt singℓa singℓis referãt: difficillimũ est ⁊ insolentissimũ latine enũciare. Tñ quidaz interptes nr̃i: qđ ait apostol⁹: q̃ sunt in allegoria: nolẽtes grecũ vocabulũ ponere: circũloqndo interptati sũt dicẽtes: que sũt aliud ex alio significantia.
Gal. 4 Duo⁹ aũt tropi. id est allegorie plures sũt species: in quib⁹ est etiaz qđ dicit enigma. Diffinitio aũt ipi⁹ nois generalis: oẽs etiã species cõplectat: necesse est. Ac ꝓ hoc sic ois equ⁹ aial est: nõ omne aial equ⁹ est: ita oñe enigma allegoria est: nõ ois allegoria enigma est. Quid ergo ẽ allegoria nisi tropus: vbi ex alio aliud intelligit: quale illđ
1. Thessa. 5 est ad thessalonicẽses. Itaqz nõ dormiam⁹ sicut ⁊ ceteri. sed vigilem⁹ ⁊ sobrij sim⁹. Nã q̃ dormiũt nocte dormiũt: ⁊ qui inebriant nocte ebrij sũt. Nos aũt q̃ diei sum⁹: sobrij sim⁹. Sed hec allegoria: nõ ẽ enigma. Nã nisi multũ tardis iste sensus ipromptu est.
Proverb. 30 Enigma est aũt vt breuiter explicẽ: obscura allegoria: sic est: Tres iguisuge erant tres filie. ⁊ quecũqz similia. Sed vbi allegoriam noiaut apostol⁹: nõ in verbis eaz reperit: ꝫ in facto: cũ e duob⁹ filijs abrae: vno de ancilla: altero de libera: qđ nõ dictũ ꝫ etiã factũ fuit: duo testamẽta intelligẽda mõstrauit: qđ anteqz exponeret obscurũ fuit. ꝓpin de allegoria talis quod est generale nomẽ posset specialit enigma noiari. Dz qz nõ soli qui eas lras nesciũt quib⁹ discunt tropi querũt q̃d dixerit apl̃us: nunc i enigmate nos videre: verũ etiã q̃ sciũt: tñ qđ sit illud enigma vbi nũc videm⁹ nosse desiderãt: ex vtroqz iueniẽda vna est sententia: et ex illo
1. Cor. 13 scz qđ ait: videm⁹ nunc ꝓ speculũ: ⁊ ex illo qđ addidit: in enigmate. Una est eñ cũ tota sic dicit: videm⁹ nũc ꝓ speculũ i enigmate: ꝓinde quãtũ mihi videt sicut noie speculi imaginẽ voluit itelligi: ita noie enigmatis equis similitudinẽ: tñ obscurã: ⁊ ad prospiciendũ difficilẽ. Cũ igit specℓi ⁊ enigmatis noie q̃cũqz silitudies ab apostolo significate intelligi possunt: q̃ accõmodate sunt ad intelligẽdũ deũ eo mõ q̃ põt: nihil tñ est accõmodati⁹ eqz id qđ imago ei⁹ nõ frustra dicit. Nemo itaqz miret etiã in isto mõ videndi q̃ ꝓcessus est huic vite: ꝓ speculũ scz in enigmate laborare nos vt quõcunqz videam⁹. Nomẽ ꝗppe ꝫ nõ sonaret enigmatis: si esset facilitas visiõis. Et ꝫ est grãdi⁹ enigma: vt nõ videam⁹ qđ nõ videre non possum⁹. Quis eñ non videt cogitationẽ suam: Et quis videt cogitationem suam: nõ oclis carnalib⁹ dico: ꝫ ipo interiore cõspectu. Quis nõ eã videt: ⁊ q̃s eam videt: qñ quidẽ cogitatio visio est animi quedã: siue assint ea q̃ oculis quoqz corporalibus videant: vel ceteri sentiant sensib⁹. siue nõ assint: ⁊ eoz silitudines cogitatiõe cernãt: q̃ nec corpalia sũt: nec corpaliũ silitudies. sicut vtutes ⁊ vitia: sicut ipa denicqz cogitatio cogitat. siue illa q̃ ꝓ disciplinas traduntur liberalesqz doctrinas. siue istoz omniũ cause supiores atqz rationes i natura imutabili cogitent. siue etiã mala ⁊ vana ac falsa cogitem⁹: vel nõ ꝓsentiente sensu: vel errante consensu.

Quomodo per inspectionẽ verbi quod est in cogitatione mentis humane ad agnitionem verbi qđ deus est aliquatenus possit accedi. Capi. x.

Sed nũc de his loquamur que nota cogitam⁹ et habemus in noticia
1. Joh. 3 etiã si nõ cogitemus. siue ad cõtẽplatiuã scientiã ꝓtineant: quã ꝓprie sapiẽ

tiam dicim⁹. siue ad actiuã: quã ꝓprie scientiã nũcupandã esse diſſeruimus. Simul eñ vtrũq; mẽtis est vnꝰ: ⁊ imago dei vna. Cũ vo de inferiore diſtinctiõ ⁊ seorsuz agit tũc nõ est vocãda imago dei: q̃uis ⁊ tũc in ea nõnulla reperiat ſilitudo illius trinitatꝭ: qõ i tertiodecimo volumĩe oſtẽdim⁹. Nũc ergo simul õ vniuersa sciẽtia hoĩs loq̃mur: in qua nobis nota sũt q̃cũq; sũt nota: que vtiq; vera sũt. alioq̃n nota nõ eẽnt. Nemo eñ falsa nouit: niſi cũ falsa esse nouit. Qõ si nouit: verũ nouit. Verũ est eñ ꝙ illa falsa sunt. De his ergo nũc diſſerim⁹ que nota cogitam⁹: ⁊ nota sunt nobis etiaz si non cogitent a nobis. Sed certe si ea dicere velim⁹: niſi cogitata nõ poſſum⁹. Nã ⁊ si verba nõ sonẽt: in corde suo dic̃ vtiq; q̃d cogitat. Eñ illud est in libro sapiẽtie: Dixerũt apõ se cogitãtes nõ recte. Expoſuit eñ q̃d sit: dixerũt apud se. cũ addidit: cogitãtes. Huic ſimile est in euãgelio: ꝙ quidã ſcribe cũ audiſſẽt a dño dictũ paralitico: Cõfide fili remittũt tibi peccata tua: dixerũt intra se: hic blaſphemat. Quid est eñ: dixerunt intra se: niſi cogitãdo: Deniq; ſeq̃t. Et cũ vidiſſet ieſus cogitatiões eoꝝ dixit: Ut q̃d cogitatꝭ mala in cordib⁹ veſtrꝭ: Sic matheus. Lucas aũt hoc idez ita narrat. Cepẽrt cogitare ſcribe ⁊ phariſei: dicẽtes: Quis ẽ qui loquit blaſphemias: Quis põt dimittere peccata: niſi solus deus: Et cognouit aũt cogitatiões eoꝝ ieſus: rñdens dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus veſtris: Quale est in libro ſapientie: dixerũt cogitãtes: tale hic est: cogitauerũt dicẽtes. Et illic eñ ⁊ hic oſtendit intra se atq; in corde ſuo dicere. id est cogitãdo dicere. Dixerũt quippe intra se. ⁊ dictũ est eis: Quid cogitis: Et de illo diuite cuius vberes fructus ager attulit: ait ipe dñs: Et cogitabat itra se dicẽs. Quedaz ĝ cogitatiões locutiões sunt cordis. vbi ⁊ os eius esse dñs oſtẽdit cũ ait: Nõ qõ intrat in os coinquinat hominẽ: ſ qõ ꝓcedit ex ore hoc coinq̃nat hominẽ. Una ſentẽtia duo q̃dã hoĩs ora cõplexus est. vnũ corpis: alterũ cordis. Naz vtiq; vnde illi hoiem putauerũt inquinari in os intrat corpis. Eñ aũt dñs dixit inq̃nari hoiem: de cordis ore ꝓcedit. Ita q̃ppe expoſuit ipe qõ dixerat. Nã paulopoſt de hac re diſcipulis ſuis: Adhuc inquit et vos ſine intellectu estis: Non intelligitis: quia omne qõ in os intrat in ventrẽ vadit ⁊ in ſeceſſuz emittit: Hic certe aptiſſime demõſtrauit os corpis. Ut in eo qõ ſequit os cordis oñdẽs. Que aũt inquit ꝓcedũt de ore: de corde exeũt: ⁊ ea coinq̃nãt hoiem. De corde eñ exeũt cogitatiões male: ⁊ cetera. Quid hac expoſitiõe lucidius: Hec tñ q⁊ dicimus locutiões cordis esse cogitationes: ideo nõ sunt etiã viſiones exorte de noticie viſionib⁹: q̃ñ vere sunt. Foris eniz cũ p corpus hec fiunt: aliud est locutio aliud viſio. Intus aũt cũ cogitamus: vtrũq; vnũ est. Sicut auditio ⁊ viſio duo quedaz sunt inter se diſtantia in ſenſibus corpis. in animo aũt nõ est aliud atq; aliud videre ⁊ audire. Ac p hoc cũ locutio foris nõ videatur: ſed potius audiat. Locutiões tũ interiores hoc est cogitatiões viſaz dixit a domino ſanctũ euãgeliũ nõ auditas. Dixerũt inq̃t intra ſe: õ blaſphemat. Deinde ſubiũxit. Et cũ vidiſſet ieſus cogitationes eoꝝ. Vidit ergo qõ dixerũt. Vidit eñ cogitatione ſua cogitatiões eoꝝ: quaſ illi ſoli ſe putabant videre. Quiſquis igit põt intelligere verbũ: nõ ſolũ anteq; ſonet: verũetiã anteq; ſonoꝝ eius imagines cogitatione voluant. hoc eñ est qõ ad nullã ptinet linguã eaꝝ ſcz q̃ lingue appellant gentiũ: quaruz nſa lingua latina est. Quiſq; inq; õ intelligere poteſt: iam poteſt videre p hoc ſpeculum atq; in hoc enigmate aliquã verbi illius ſimilitudinẽ. de quo dictũ est: In principio erat verbũ. ⁊ verbũ erat apud deuz: ⁊ deꝰ erat verbũ. Neceſſe est eñ cũ verbũ loquimur. id est qõ ſcimus qõ loq̃mur ex ipa ſcientia quã mẽoria tenem⁹: naſcaꝭ verbũ qõ eiuſmodi ſit oino cuiuſmodi est illa ſciẽtia de qua naſcit. Formata quippe cogitatio ab ea re quã ſcimus: verbũ est qõ i corde dicim⁹: qõ nec grecũ est nec latinuz: nec lingue alicuꝰ alterius. ſed cũ id opus est in eoꝝ quib⁹ loquimur pferre noticiam aliqõ ſignũ quo ſignificet: aſſumit. Et plerũq; ſonus: aliq̃n etiã nutus. ille auribus. ille oculis exhibet: vt per ſigna corporalia etiã corporis ſenſibus verbũ qõ mẽte gerimus innoteſcat. Nã ⁊ innuere quid est niſi quodãmodo viſibiliter dicere. Est i ſcripturis ſanctis huiꝰ ſentẽtie teſtimoniũ. Nã in euãgelio ỹm iohannem ita legit: Amen amen dico vobis q⁊ vnus ex vobis tradet me. Aſpiciebãt ergo adinuicẽ diſcipli: hesitantes õ quo diceret. Erat ergo vnus ex diſcipulis eius in ſinu ieſu: quez diligebat ieſus. Innuit ergo huic ſimon petrus: ⁊ dicit ei. Quis est de quo dic̃: Ecce innuẽdo

Sap.2
Matb.9
Ibidẽ
Luc.5
Luc.12
Matb.15
Ibidẽ
Ibidẽ
Matb.9
Ibidẽ
Joh.1
Ibidẽ.13

dixit: quod sonando dicere non audebat. Sed hec atq; hmõi signa corporalia siue auri⁹ siue oculis psentib⁹ quib⁹ loquimur exhibem⁹. Inuente sunt etiã littere p quas possemus ꝛ cũ absentib⁹ colloqui. sed ista signa sunt vocũ: cũ ipse voces in sermone nostro earũ quas cogitam⁹ signa sint rerũ.

¶ Sicut verbum hominis significatur per vocẽ vel quodlibet indicium corporale: ita verbum dei manifestatum esse per carnem.

¶ Capitulũ. xj.

Rotinde verbũ quod foris sonat signũ est verbi quod intus lucet: cui magis verbi cõpetit nomẽ. Nã illud quod pfertur carnis ore: vox verbi ẽ. Verbũq; ꝛ ipm dicit ppter illud a quo vt foris appareret assumptum est. Ita eñ verbum nostrũ vox quodãmodo corporis fit assumẽdo eam: in qua manifestet sensibus
Joh.j hominũ: sicut verbũ dei caro factũ est: assumendo eam in qua ꝛ ipm manifestaret sensibus hominũ. Et sicut verbũ nostr̃ fit vox
Ubi.s nec mutatur in vocẽ: ita verbum dei caro quidẽ factũ est: sed absit vt mutaret in carnem. assumendo quippe illam nõ in eam se cõsumendo: ꝛ hoc nostrũ vox fit: ꝛ illud caro factuz est. Quapropter quicunq; cupit ad qualẽcũq; similitudinẽ dei verbi: cuius per multa dissimilẽ peruenire: non intueat verbuz nostrũ quod sonat in auribus: nec qñ voce pfertur: nec qñ silentio cogitatur. Omniũ nãq; sonãtiũ verba linguarũ etiã in silentio cogitantur: ꝛ carmina pcurruntur animo: tacente ore corporis. Nec solũ numeri syllabar̃: verũ etiam modi cantilenar̃: cum sint corporales: ꝛ ad eũ quivocatur auditus sensum corporis ptinentes: p incorporeas quasdã imagines suas presto sunt cogitantibus: ꝛ tacite cuncta ista voluentibus. Sed transeunda sunt hec: vt ad illud pueniatur hominis verbũ p cui⁹ qualemcunq; similitudinẽ sicut in enigmate videatur vtcũq; dei verbũ. Nõ illud qõ factum est ad illũ vel ad illũ pphetam: ꝛ de
Act.6 quo dictum est: Verbuz aũt dñi crescebat ꝛ multiplicabatur. ꝛ de quo iterũ dictũ est:
Roma.jo Igitur fides ex auditu: auditus aũt p verj.Thessa.2 bum christi. Et iterũ. Cũ accepissetis a nobis verbũ audit⁹ dei: accepistis: nõ vt verbum hominũ: sed sicut est vere verbũ dei. Et innũerabilia similiter in scripturis dicuntur de dei verbo: qõ in sonis multar̃ diuersarũq; linguarũ per corda ꝛ ora dissemina tur humana. Ideo autẽ verbum dei dicit: quia doctrina diuina traditur: non humana. Sed illud verbũ dei querim⁹ qualitercũq; per hanc similitudinẽ nunc videre. de quo dictũ est: Deus erat verbũ. de quo di Joh.j ctum est: Omnia p ipsum facta sũt. de quo Ibidẽ dictũ est: Verbuz caro factũ est. de quo di Ibidẽ ctum est: Fons sapientie verbum dei in ex Eccũ.j celsis. Perueniendũ est ergo ad illud verbum hominis: ad verbum rationalis animantis: ad verbũ nõ de deo nate: sed a deo facte imaginis dei. quod neq; prolatiuum est in sono: neq; cogitatiuũ in similitudine soni: quod alicuius lingue esse necesse sit: ꝙ omnia quibus significatur signa: precedit: ꝛ gignit de scientia que manet in animo: quando eadẽ scientia intus dicitur sicuti est. simillima est eñ visio cogitationis: visioni scientie. Nam qñ per sonũ dicitur: vel p aliquod corpale signum: nõ dicit sicuti est: sed sicut potest videri audirive p corpus. Quãdo ergo quod in noticia est: hoc est in verbo: tunc est verũ verbũ ꝛ veritas: qualis expectat ab homine. vt quod est in ista: hoc sit ꝛ in illo. qõ non est in ista: non sit ꝛ in illo. hic agnoscitur: est est: non non. Sic accedit quantũ potest ista similitudo imaginis facte ad illam similitudinẽ imaginis nate: qua deus filius patri p omnia substãtialit̃ similis pdicatur. Animad uertenda est in hoc enigmate etiam ista verbi dei similitudo: ꝙ sicut de illo verbo dictum est: Omnia p ipsum facta sũt: vbi de⁹ Joh.j per vnigenitũ verbum suum predicat vniuersa fecisse: Ita hominis opa nulla sũt: q̃ non prius dicunt in corde. Unde scriptũ est: Inutium omnis operis verbum. Sed Eccũ.37 etiam hic cum verum verbum est: tunc est initium boni operis. Verum autem verbũ est cum de scientia bene operãdi gignitur: vt etiã ibi seruet: est est: non non: vt si est in ea scientia qua viuendum est: sit ꝛ in verbo per quod operandũ est. si non. nõ. aliõquin mendacium erit verbũ tale: nõ veritas: ꝛ inde peccatũ: non opus rectum. Est ꝛ hec in ista similitudine verbi nostri similitudo verbi dei: quia potest esse verbũ nostrum quod non sequatur opus. opus aũt esse non potest: nisi precedat verbum. Sic et verbum dei potuit esse nulla existẽte creatura. Creatura vero nulla esse potest nisi per ipsum p quod facta sunt omnia. Ideo Joh.j qõ nõ deus pater: non spiritussanctus: non

Joh.j ipsa trinitas: sed solus filius qđ est verbū dei caro factū est: cuius trinitate faciēte. vt sequente atq; imitāte verbo nostro: eius exēplum recte viuerem⁹. hoc est nullū habētes in verbi nostri vel contemplatione vel opatione mendaciū. Verū hec huius imaginis est quādoq; futura pfectio. Ad hāc cōsequendā nos erudit magister bonus si-
2. Cor.3 de xpiana: pietatisq; doctrina: vt reuelata facie: a legis velamine qđ est vmbra futurorū: gloriā dñi speculātes: p speculū scz intuentes in eandē imaginē trāsformemur de gloria in gloriam tanq; a dñi spiritu: secundū supiorē de his verbis disputationē Cū ergo hac trāsformatione ad pfectū fue-
j. Joh.3 rit hec imago renouata: similes deo erim⁹ quoniā videbim⁹ eū: nō p speculum sed si-
j. Cor.j3 cuti est. quod dicit apostolus paulus facie ad faciē. Nunc vero in hoc speculo: in hoc enigmate: in hac qualicunq; similitudine. quāta sit etiā dissimilitudo: quis potest explicare: attingam tñ aliqua vt valeo: quibus id possit aduerti.

Quantum distent a vera et perfecta similitudine dei: q̄ in natura mentis vtcunq; deo similia reperiuntur. Ca. xij.

Primo ipa scientia de qua veraciter cogitatio nra formak: quando que scim⁹ loquimur. qualis aut q̄nta potest homini puenire: quālibet peritissimo atq; doctissimo. exceptis eñ q̄ in animum veniūt a sensibus corporis: in quib⁹ tam multa aliter sunt q̄ videnť: vt eorum verisimilitudine nimiū constipatus: sanus sibi esse videatur qui insanit. Unde academica philosophia sic inualuit. vt de omnibus dubitās nullo miseri⁹ insaniret. His ergo exceptis que a corporis sensib⁹ in animū veniunt: quantū rerum remanet q̄ ita sciamus: sicut nos viuere scim⁹. in q̄ prorsus nō metuim⁹: ne aliqua verisimilitudine forte fallamur: quoniā certū est etiā eum qui fallitur viuere. Nec in eis visis hec habētur: que obiciunť extrinsec⁹: vt in eo sic fallat oculus: quēadmodū fallit cū i aqua remus videt infractus: et nauigantib⁹ turres moueri: et alia sexcenta que aliter sūt q̄ videntur: quia nec p oculū carnis hoc cernitur. Intima scientia est qua nos viuere scimus: vbi ne illud quidez academic⁹ dicere pōt: fortasse dormis et nescis: et in somnis vides. Visa quippe somniantiū simillima esse visis vigilantiū quis ignorat: Sed qui certus est de vite sue scientia: non in ea dicit: scio me vigilare: sed scio me viuere. siue ergo dormiat: siue vigilet: viuit. nec i ea scientia p somnia falli pōt: qr et dormire: et in somnis videre: viuentis est. Nec illud potest academicus aduersus istam scientiam dicere: furis fortassis et nescis: quia sanorū visis simillima sunt etiaz visa furentiū. sed qui furit viuit. Nec cōtra academicos dicit. scio me nō furere: ß scio me viuere. Nūq; ergo falli nec mētiri pōt: qui se viuere dixerit scire. Mille itaq; fallaciū visoz genera obiciant ei qui dicit: scio me viuere. nihil hoz timebit: qñ et qui fallit viuit. Sed si talia sola ptinēt ad humanā scientiam: perpauca sunt nisi qr in vno quoq; genere ita multiplicank vt nō solū pauca nō sint: verūetiam reperiank p infinitū numerū tendere. Qui enim dicit: scio me viuere: vnuz aliquid scire se dic̄. Proinde si dicat: scio me scire me viuere: duo sunt iam. hoc vero quod scit hec duo: tertiū scire est. sic potest addere et quartū et quintū: et innumerabilia si sufficiat. Sed quia inūerabilē numerum vel cōprehendere singula addēdo: vel dicere inumerabiliter nō pōt: hoc ipm certissime cōprehendit: ac dicit: et verū hoc esse et tam inumerabile: vt vere eius infinitum numerū nō possit cōprehendere ac dicere. hoc et i volūtate certa similiter aduerti potest. Quis est eñ cui nō impudenter respōdeatur: forte falleris: dicēti volo beat⁹ esse: At si dicat. scio me hoc velle: et hoc me scire scio. iam his duobus et tertium potest addere q̄ hec duo sciat: et quartuz q̄ hec duo scire se sciat: et similiter in infinitū numeruz pergere. Itē si quispiam dicat: errare nolo: nōne siue erret siue nō erret: errare tñ eum nolle vez erit: Quis ē q̄ huic nō impudētissime dicat: forsitā fallerť: cū pfecto vbicūq; fallak. falli se tñ nolle nō fallit: At si ꝺ scire se dicat addit q̄ntū vult rez nūerū cognitā rū: et nūerū esse, pspicit infinitū. Qui eñ dicit: nolo me falli: et hoc me nolle scio: et hoc me scire scio: iam et si non cōmoda locutione potest hinc infinitū numerū ostendere. At alia reperiunť q̄ aduersus academicos valeant: qui nihil ab homine sciri posse cōtendunt. Sed modus adhibendus est: p̄sertim quia in opere isto nō hoc suscepim⁹. Sunt inde libri tres nostri. p̄mo nostre cōuersionis tempore scripti: quos qui potuerit et voluerit legere: lectosq; intellexerit:

nihil eū ꝓfecto que ab eis cōtra ꝓceptionē veritatis argumēta multa iuenta sunt: per mouebūt. ¶ Cum eīm duo sint genera rerum que sciunt: vnū earū que ꝑ sensus corporis ꝑcipit animus: alterū earū que ꝑ seipm multa illi philosopi garrierunt cōtra corporis sensus. animu aūt quasdā firmissimas ꝑ seipm ꝓceptiones rerū verarū: quale illud est quod dixi: scio me viuere: nequaq̄ i dubium vocare potuerūt. ¶ Sed absit a nobis vt ea que per sensus corporis didicim⁹ vera esse dubitemus. ꝑ eos quippe didicimus celū ⁊ terrā: ⁊ ea q̄ i eis nota sūt nobis: q̄ntum ille qui ⁊ nos ⁊ ipa condidit: inotescere nobis voluit: ¶ Absit etiā vt scire nos negemus q̄ testimonio didicimus alioꝝ. alioquin esse nescimus oceanū. ¶ Nescimus esse terras atq̄ vrbes quas celeberrima fama cōmendat. ¶ Nescimus fuisse hoies ⁊ opera eoꝝ que historica lectione didicim⁹. ¶ Nescimus que quotidie vndecunq̄ nunciant: ⁊ indicijs consonis ꝓtestantibusq̄ firmant. ¶ Postremo nescim⁹ in quib⁹ locis vel ex q̄bus hominibus fuerimus exorti: quia hec omnia testimonijs credidim⁹ alioꝝ. ¶ Q̄ si absurdissimū est dicere: nō solū nostroꝝ: verū etiā ⁊ aliorum corporū sensus plurimū addidisse nostre scientie cōfitendū est. ¶ Hec igit oia ⁊ que ꝑ seipm: ⁊ que ꝑ sensus sui corporis: ⁊ que testimonijs alioꝝ ꝓcepta scit anim⁹ human⁹: thesauro memorie cōdita tenet. ex quib⁹ gignit verbuz verū: q̄n q̄ scim⁹ loq̄mur. sed verbū aīn omnē sonū: aīn omnē cogitationē soni. ¶ Tūc eīm est vbū simillimū rei note de q̄ gignit ⁊ imago eius: quoniā de visione scientie visio cogitatiōis exoritur: q̄ est verbū lingue nulli⁹: verbū verū de re vera: nihil de suo habēs. sed totū de illa scientia de qua nascit. ¶ Nec interest q̄n id didicerit: qui q̄ scit loquit. aliquando enim statim vt discit hoc dicit: dum tamen verbū sit verū: id est de rebus notis exortū.

¶ De scientia dei patris cui nihil cuiusq̄ creature indicijs conferatur. ¶ Capitulū. xiij.

Sed nunquid de⁹ pater de quo natum est verbum de deo deus: nūquid ergo deus pater in ea sapientia quod est ipse sibi: alia didicit ꝑ sensum corpis sui: alia ꝑ seipm? Quis hoc dicat. qui nō aīal rationale: sed supra aiīā rationalē deū cogitat. quantū ab eis cogitari p̄t qui eū omnib⁹ animalib⁹ ⁊ oīb⁹ animis ꝓferūt: q̄bus ꝑ speculuz ⁊ in enigmate conjciēdo videant: nondū facie ad faciez sicuti est? ¶ Nunquid deus pater ea ipsa que nō ꝑ corpus: quod est ei nullū: sed ꝑ seipm scit: aliunde ab aliquo didicit: aut nuncijs vel testib⁹ vt ea sciret indiguit? ¶ Non vtiq̄. Ad omnia quippe scienda q̄ scit: sufficit sibi illa ꝓfectio. ¶ Habz q̄dē nūcios: id est angelos: nō tamē qui ei que nescit annūcient (nō eīm sunt vlla que nesciat) sed bonū eorum est de operib⁹ suis eius ꝓsulere veritatem. ⁊ hoc est q̄ ei dicunt nōnulla nunciare: nō vt ipse ab eis discat: sed vt ab illo ipi per verbū eius sine corporali sono. nunciant etiā quod voluerit ab eo missi ad quos voluerit: totū ab illo ꝑ verbū eius audientes: id est in eius veritate inueniētes quid sibi faciendū: quid: quibus: ⁊ q̄n nunciandū sit. ¶ Nam ⁊ nos oramus eū: nec tamē necessitates nostras docem⁹ eū. ¶ Nouit enim (ait verbū ei⁹) pater vester quid vobis necessarū sit priusq̄ petatis ab eo. ¶ Nec ista ex aliquo tempore cognouit vt nosset: sed futura omnia temporalia atq̄ in eis etiam quid: ⁊ q̄n ab illo petituri fueram⁹: ⁊ quos ⁊ de q̄b⁹ reb⁹ vel exauditur⁹ vl nō exauditur⁹ eēt. sine initio ante ꝓscivit. Vniuersas aūt creaturas suas ⁊ spiritales ⁊ corpales: nō q⁊ sūt ideo novit: vl nō sūt q⁊ novit. Nō eīm nesciuit q̄ fuerat creaturus. Quia ergo sciuit creauit: non quia creauit sciuit. Nec aliter ea sciuit creata: q̄m creanda. Nō enīz eius sapientie aliquid accessit ex eis: sed illis existentibus sicut oportebat ⁊ q̄n oportebat: illa mānsit vt erat. Ita et scriptū est in libro ecclesiastico. Anteq̄m crearent omnia nota sunt illi. Sic ⁊ postq̄m cōsūmata sunt. Sic inquit nō aliter: et anteq̄m crearent: et postq̄m ꝓsummata sunt: sic ei nota sunt. Lōge est ergo huic scientie: scientia nostra dissimilis. Que aūt scientia dei est: ipsa et sapientia. et que sapiētia: ipa essentia siue substantia. Quia in illius nature simplicitate mirabili: nō est aliud sapere q̄m esse: sed q̄ est sapere: hoc est ⁊ esse. sicut et in superioribus libris sepe iam diximus. Nostra vero sciētia in rebus plurimis ꝓpterea ⁊ amissibilis est et receptibilis: quia nō hoc est nobis esse q̄ scire vel sapere: quoniā esse possumus: etiā si nesciamus: nec sapiam⁹ ea que aliunde didicim⁹. ¶ Propter hoc sicut

Matb. 6

Eccā. 23

nostra scientia illi sciētie dei: sic et nostrum verbū qđ nascit de nostra scientia dissimile est illi verbo dei: qđ natū est đ patris essentia. Tale est autē ac si dicerē: de patris scientia: de patris sapiētia: vel qđ ē expssius: de patre scientia: de patre sapiētia.

De simulitudīe et equalitate patris dei et vnigeniti eius consubstantialis ⁊ coeterni.

Capitulū. xiiij.

Verbū ergo dei patris vnigenitus dei filiꝰ: per omnia patri simulis ⁊ equalis: deus de deo: lumē de lumine: sapiētia de sapiētia: essentia de essentia: est hoc omnino qđ pater: nō tamen pater: qz iste filius: ille pater. Ac p hoc nouit omnia que nouit pater: sed ei nosse de patre est sicut esse. Nosse eñ ⁊ esse illi vnū est. Et ideo patri sicut esse nō est a filio: ita nec nosse. Proinde tanꝫ seipsuz dicēs: pater genuit verbū sibi equale p omnia. Nō eñ seipm integre pfecteꝫ dixisset: si aliqđ minus: aut amplius esset in eius verbo q̄ in ipso. Ibi sūme illud agnoscitur: est est: non nō. ⁊ ideo verbū h vere veritas est: quoniā quicquid est in ea scientia de qua genitum est: ⁊ in ipso est. Qđ aūt in ea nō est: nec in ipo est. Et falsum habere aliquid hoc verbū nunꝫ potest: quia imutabiliter sic se habet vt se habet de quo est. Nō eñ potest filius a seipso facere quicquā: nisi qđ viderit patrē facientē. potenter hoc nō potest: nec est infirmitas ista: sed firmitas qua falsa eē nō potest veritas. Nouit itaꝫ omnia deꝰ pater in seipo: nouit in filio. Sed in seipso tanꝫ seipsum. in filio tanꝫ verbū suū qđ est de his omnib⁹ que sunt i seipo. Omnia simuliter nouit ⁊ filius: in se scilicet tanꝫ ea que nata sūt: đ his que pat nouit in seipo. In patre aūt tanꝫ ea de quibus nata sūt: que ipse filius nouit in seipo. Sciunt ergo inuicē pater ⁊ filius: sed ille gignendo: ille nascēdo. Et omnia que sūt in eoꝝ scientia in eoꝝ sapientia: in eoꝝ essentia: vnusquisqꝫ eorum simul videt: nō pticulati: aut singilatim velut alternante ꝯspectu: hinc illuc: ⁊ inde huc. ⁊ rursus inde vel inde i aliud atqꝫ aliud: vt aliqua videre non possit nisi non videns alia. sed vt dixi simul oia videt: quoꝝ nullū est quod nō semp videt. Verbū aūt nostrū illud qđ nō habet sonū neqꝫ cogitationē soni: sed eius rei quā vi-

Job. 5

dendo intus dicimꝰ: ⁊ ideo nullius lingue est: atqꝫ inde vtcūqꝫ simile ē. i hoc enigmate illi verbo dei qđ etiā deus est: quoniam sic ⁊ hoc de nostra nascit: quēadmodū ⁊ illud de scientia patris natū est. Nostrū ergo tale verbū qđ inuenimꝰ esse vtcūqꝫ illi simile quātū sit etiā dissimile: sicut a nobis dici potuerit: nō pigeat intueri.

Qđ dissimile sit verbum nostrū mutabile a verbo dei īcōmutabili et eterno.

Capitulū. xv.

